



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

Tertius. Qualiter anima intus et exterius Christo perfecte conformari, seipsam funditus abnegare, Deum in seipsa inuenire, ac in ipsum tra[n]sformari debeat. In cuius fine multæ piæ orationes & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49323)

MARGA  
RITAE EVANGE  
lica Liber Tertius.

Quod dominus noster Iesus Christus in  
omni passione sua semper habuit gau  
diosum spiritum, dolorosam animam,  
& corpus pœnosum. Cap. I.



V AE in superioribus frequen  
ter commemorata sunt, qualiter  
videlicet domino nostro Iesu  
Christo perfecte conformabi  
mur (in quo tota salus & beati  
tudo nostra consistit) nunc ut pro  
fundius animis nostris infigantur, partim repli  
canda, & partim lucidius explananda sunt. Sci  
endum ergo, quod dominus noster Iesus Christus  
in terris cõstitutus, semper in omni passione sua  
gaudiosum spiritum habuit, eo quod idem ipse  
spiritus eius humanus deitate ipsius semper e  
rat vnitus, ipsaque sanctissima Trinitate in suis  
viribus supremis fruebatur. Memoria nanque  
eius nunquam distracta, nunquam extra diuini  
tatem eius extrouersa fuit: ideoque patris omni  
potentis cœlum erat. Intellectus eius semper in  
depictus diuinam, informem & increatam pa  
tris essentiam contemplabatur, eratque filij cœ  
lum. Voluntas eius per spiritus sancti præsentia  
am ignis amorosus effecta fuit, ita ut magnum  
ei gau.



**A**ei gaudium esset nobilissimam animam & cor-  
 pus suum ex amore pro nobis turpissimam & poe-  
 nolissimam morti tradere. Intellectus eius per eter-  
 nam & increatam sapientiam presentiam lux diuina  
 factus erat, qui omnia cognoscebat praterita,  
 presentia atque futura. Memoria eius per coele-  
 stis patris sui presentiam sapor diuinus effecta  
 fuit, per quam iugiter deitatem ipsius non solum  
 cognoscebat, amabat & contemplabatur, sed et-  
 iam gustabat. Et quia tres personae in vna deitate  
 existunt, habentes singulae deitatem in se inclu-  
 sam, suntque simul vnus inseparabilis Deus, &  
 quia Christus vestis illa erat, qua se deitas ipsa  
 (sicut loqui licet) vestierat, idcirco vnus cum patre  
 & spiritu sancto Deus erat, habens animam ra-  
 tionalem, corpus humanum & gaudiosum spi-  
 ritum, in quo deitatem suam cum incomprehen-  
 sibili summoque gaudio fruendo gustabat, ideo  
 semper in vno eodemque esse perseuerabat atque  
 pacificus & gaudiosus manens in omnibus, quae  
 ei in nobilissima humana natura sua pariter oc-  
 currebant, eaque omnia cum hilari vultu & gau-  
 dioso spiritu perferebat.

#### De dolorosa anima Christi.

**H**Abuit quoque dominus noster Iesus Chri-  
 stus in terris dolorosam semper animam.  
 Etenim secundum humanitatem suam ra-  
 tionalem animam habebat, in cuius suprema  
 portione, licet deitate sua, ut dictum est, frueretur,  
 attamen in inferiori portione pressuras multas su-  
 stinebat. Quanto namque per illuminatam ratio-  
 nem deitatem suam clarius agnoscebat, tantum de-  
 patris



MARGARITAE EVANG.

patris sui iniuria magis torquebatur. Ideoque infimis animæ suæ vtribus semper tristis erat. ¶ Et primo, in vi rationali, per hoc quod in lumen æternæ sapientiæ suæ animæ nobilitatē cognoscebat, quā videlicet existeret nobilis & ingenuosa, qualiterque essentia de diuina essentia, intellectuale & vita esset, quæ nūquam moreretur: sicque deitati applicata & dilecta, ut pro ipsa animam assumeret, quam pro illius æterna morte redemptione in mortem gratiam erat traditurus. Quodque pro tantitate non solum gratias ei nullas plurimirent, sed quod etiam sic a sua se origine auterent, ut nunquam ad ipsam redirent. Et haec minus noster Iesus Christus in monte Olivæ cogitans, contremuit, quia videlicet talem angustiam sentiebat, qualem animæ æterni multiplici deputandę. Ideoque dicebat: Tristis anima mea usque ad mortem, ac si diceret: Mortem & crucis pœnam libens sustineo, sed præuideo patrem meum cœlestem per me tantas nimas optimo iure condemnaturum, quæ sponte passionis meæ meritis priuabunt, tristis est anima mea usque ad mortem. ¶ Secundo, in sua vi concupiscibili, quæ adeo ad gloriam & honorem cœlestis patris sui, nostram salutem, ut nos reconciliaret patri suo, dilata erat, ut paratus esset, imo & desideraret pro nobis. Et quamuis purum & incontaminatum corpus animamque rationalem assumpsisset, quibus hic in terris versabatur, vitam ac sensum in omnibus instar aliorum hominum (peccato duntaxat excepto) habebat, atque eius veneranda humanitas toti mundo mort



## LIBER III.

erat. Quoniam omne quod est in mundo, concu-  
 piscencia carnis est, & concupiscencia oculorum,  
 & superbia vitæ: quæ profecto in Christo locū  
 nullum habebant. Non enim erat in eo concupi-  
 piscencia oculorum, quia diuitias non quærebat,  
 sed magis paupertatem, solis necessarijs conten-  
 tus. Non concupiscencia carnis, quia ipse flos il-  
 le incontaminatus erat, quem pater æternus so-  
 lus absque alicuius cooperatione per sapienti-  
 am & bonitatem suam plantauit, nihilque nisi  
 virtus in ipso erat. Non erat denique in eo super-  
 bia vitæ, quia omnem huius mundi gloriam de-  
 clinabat, solius patris sui honorem, omniumq;  
 salutem animarum desiderans. Ideoq; dicebat:  
 Venite ad me omnes, qui onerati estis vinculis  
 peccatorum, & ego reficiam vos. Tantum, ve-  
 nite & auxilium quærite in me. Quod si etiam  
 omnia quæ in mundo sunt, adhuc viuunt in vo-  
 bis, ego ea in vobis occidam, si ex corde deside-  
 raueritis. Et quia dominus cum tanto desiderio  
 omnes homines ad sui amorem inuitans, nihilo-  
 minus in diuina patris sui essentia cognoscebat  
 tam paucos fore, qui suo desiderio satisfacerent,  
 totamque spem suam & amorem in ipso consti-  
 tuerent, quibus ipse de fonte vitæ (quem omni-  
 bus sine personarum acceptione aperuit) potum  
 præbere, & de ligno vitæ, id est, de fructu passio-  
 nis suæ cibum præstare, quosque de manna ab-  
 sccondito reficere volebat, ideo semper tristem æ-  
 nimiam habebat. ¶ Tertio, in sua vi irascibi-  
 li, quæ adeo in ipso mitis & humilis erat, vt in  
 omni passione sua ne vnā quidem minimam  
 amaram vel impatientem cogitationem habe-  
 ret.



ret, nec vultum alicui minus amabilem exhiberet. Et quia perfectam ab omni peccato auer-  
nem, & intensissimum omnis peccati odium ha-  
bebat, ideo nimis affligebat eum peccata omnia  
quae fieri videbat, quaeque ab initio mundi facta  
& in finem usque fienda cognoscebat. Cumque pro  
his omnibus satisfacere deberet, & tamen pa-  
cissimos fore praefereret, qui in suo se sanguine  
lauarent, & ad montem aureum amarissimae passi-  
onis suae pro expiandis peccatis suis accederent,  
ignitumque & probatum ab ipso virtutum aurum  
emerent, ut locupletes fierent, quas sane vir-  
tutes libentissime cunctis impartiri volebat. (Ipse  
namque virtus ipsa est & fundus virtutum vo-  
rumque medium, in quo virtutes omnes na-  
cipiunt desinuntque) ideo singularem de quolibet  
peccato in sanctissima ac dolorosa anima  
sua poenam sentiebat. Considerans vero in e-  
dem diuinitate sua plures ad ipsum etiam pec-  
catores conuertendos, immensum in amorolo co-  
de suo gaudium habebat. Maius enim gaudium  
est in caelo super vno peccatore poenitentiam de-  
gente, quam super nonaginta nouem iustis. Est  
enim caelum istud ipsa anima Christi, quae est re-  
gnum Dei & thesaurus absconditus in agro, in  
est, in corpore suo, in qua est caelum caeli, suum  
que in ea in seipso gaudium habet, nec vnquam  
commouetur. Quisquis ergo caelum laetificat,  
et Christi dolorosam animam reficere desiderat,  
peccata deuitet. ¶ Denique, & inde tristem ha-  
bebat animam dominus, quod omnem passio-  
nem suam ad vnum usque ictum et modum passi-  
onis suae, & ex qua mala radice, inimici sui (quos  
suos deputabat amicos) ei cuncta inferret, prae-  
debat,



debat, cognoscebatque. Quod itē pijsiimæ matris  
sua, & omnium amicorū suorū dolorem ineffabi  
le sentiebat: quodque nullū (matre dūtaxat excepta,  
cuius præsentia dolorem ei suum duplicabat) si  
deliter astiturum prænoscebat. Taliter ergo tri  
stem semper animam dominus habebat.

De pœnoso corpore Christi.

Postremo, et pœnosum corpus habuit in ter  
ris dominus noster Iesus Christus, idque po  
tissimum in his tribus, in paupertate videli  
cet, in ignominia, & in pœnositate. ¶ Et primo  
quidē in paupertate, quæ incepit ab exordio na  
tuitatis suæ, & ad mortem vsque perduravit. Ete  
nim in natiuitate sua pannos sufficiētes, quibus  
cum inuolueret mater sua, non habebat. In mor  
te vero nec lapidem habebat, cui debile transfi  
xumque caput suum inclinaret. Sed & in omni vi  
ta sua, nec domum, nec hortum, nec agrum, nec  
pecuniam, nec bona quælibet habebat, adeo ut  
qui arca illa erat, in qua opulentissimæ diuinita  
tis gazæ sese incluserant, omnium pauperrimus  
appareret. Nam & nudis pedibus, & intecto ca  
pite incedens, vnam semper eandemque vestem  
habebat. Sæpius panem mendicatū sumebat, a  
qua frequentius, quàm vino vtebatur, & non raro in  
terra prædebat. Et hoc pacto omnis vita ipsius ve  
recunda paupertate plena erat, non tali pauper  
tate, qualis illorū est, qui pro Dei amore bona sua  
dereliquerūt, & ob hoc ab hominibus honoran  
tur: sed tali, qualis illorum est, qui nunquam ali  
quid habuerunt, & ob hoc ab omnibus contem  
nunt. ¶ Secundo, in ignominia & contēptu, qui  
bus plena erat tota vita ipsius, quæ & a natiuita  
te ipsius inchoarunt, quando in stabulo natus in  
præ



MARGARITAE EVANG.

præsepi iuxta pecora reponebat. In infantia que perseverabat, quando ad perdendū ab Herode quaesitus fuit: similiter in omnibus quocumque bonis actibus suis, quos ipsum dæmoniorum fragio facere dicebant, obijcientes ei quod peccatorum amicus, legis destructor, seductor populi, in Deum blasphemus, denique & stultus esset, qui seipsum velle regem constituere. Igitur de natiuitate contemptum sustinuit, quia de adulario natum calumniabantur, & in ignominia vitam finiuit, quia quicquid fecerat, non ei ad honorem cedebat, sed propterea morte condemnatus & in ignominia mortuus fuit. ¶ Tertio, in pœnositate, quæ in omni vita ipsius abudabat, a natiuitate incipiens, in qua frigus intolerabile tenellus infantulus sustinebat. Deinde in infantia circuncidebatur. In deserto plurima seruitudo incommoda. In captiuitate adeo fortiter vinciebatur, vt ex vnguibus sanguis erūperet. Et quæ explicaret, quanta in sui deductione, impulsione, percussione, præsertim cum interrogatus veritatebatur, esse se videlicet filium Dei, patiebatur: Porro in flagellatione pœnas inestimabiles sustinebat. In coronatione similiter, in cerebri membris superioribus, in auribus & in temporibus dire cruciabatur. Sed & quādo crucem humeris impositam deportabat, magnam in eorum humeris, & in capite pœnam tolerabat. Similiter quando vestes flagellato corpori infixæ erant, & quando lapidi infidebat: cum quoque in eadem tribus horis omni solatio & auxilio destitutus in maxima pœna intus exteriusque penderet. Et hæc ipsius paupertatem, despectum & pœ-



## LIBER III.

& pœnostatem semper ob oculos habere, & si quãdoq; pro voto omnia habere nō possumus, pro ipsius amore libēter eisdem carere: si pœnis afficimur, easdem propter ipsum libēter ferre: si deniq; cōtemnimur atq; despiciamur, idip̄m propter amorem ipsius hilariter tolerare debemus.

Vt gaudiosum semper cum Christo spiritum habeamus. Cap. II.

**I**Taque nitamur cum Christo semper habere gaudiosum spiritum, & sentire in nobis hilaritatem illam ac lætam resignationem, & amorem illam, quam cum sua deitate semper habebat, vnionem, ita vt cum memoria nostra semper in Deum suspensi simus, cum intellectu Deum cognoscamus, & cū volūtate sine mutatione Deo per amorem vniti esse eligamus: atq; cum spiritu nostro per fidem, spem & charitatem in Deum nos conuertamus: vitamque gratiæ ex ipsa diuina essentia semper nobis quæramus. Sicut enim anima nostra sensitua suū ex aere anhelitū trahit, ita vt si aeris beneficio & continua illius attractione emissioneq; priuaretur, vita destituenda foret: similiter si elementorum nutrimentum ei subtraheretur, ita vt ab aqua & igne, terra vel aere subsidium non acciperet, corpus nutrire non posset, & per consequens mori oporteret (secundum hanc nanque sui partem bestiis comparatur, quæ & ipsæ ab eisdem elementis sustentantur) Sicut ergo (inquam) anima secundum infimam sui partem rebus creatis vitam conseruat, ita spiritus suū ab increata diuinitatis essentia nutrimentum capit. ¶ Et sicut anima sensitua suū ab aere spiritū cōtinue trahit, ita spiritus suū in Deo iugiter anhelitū capere debet, quatenus

Y nus



nus a Deo cibari & illuminari mereat, radiosque  
 diuinos etiã animæ communicare & impartiri  
 possit. Anima namque & spiritus, quãuis essentia  
 liter vnum sint, est nihilo minus quædam inter  
 los distinctio. Spiritus namque angelis assimila-  
 tur, & est imago Dei in anima, viuitque ex Deo,  
 qui in ipsa imagine existit. Porro, ex hac imagi-  
 ne vis quædam emanat, synderisis vel vermis con-  
 scientiæ nuncupata, quæ semper aduersus ma-  
 lum remurmurat, & ad bonum sollicitat. Quan-  
 do igitur anima spiritui subdita est, non habet  
 synderisis ista, vnde remordeat, neque sustinet  
 tunc anima vermem sese rodentem: quippe quæ  
 vnum cū Dei imagine in spiritu est effecta. Et  
 tunc spiritus & anima vnum in Deo lumen exi-  
 stunt, & Deus operatur in spiritu, qui quum se in  
 Deū inclinat, cū Deo vnitur, lucetque Deus in spi-  
 ritū, sicut sol in vitrū. Porro lux ista etiã in ani-  
 mam sese diffundit, vnde vltterius etiã ipm cor-  
 pus in anima et sanguine clarificatur. Et hæc etiã  
 per gaudiosum spiritum, dolorosam animam  
 & pœnosum corpus Christi fieri habent.

Vt cū Christo tristem animã habeamus,

**D**Einde etiã hoc in nobis sentire debemus,  
 quod et Christus in tristissima anima sua,  
 quateus & in hoc ipsi conformari possi-  
 mus. ¶ Primo itaque, de Dei iniuria & contem-  
 ptu dolere debemus, quod videlicet rãta ei a cre-  
 aturis suis irreuerentia irrogatur, quodque tam  
 parum ei seruitur, tam parum timetur atque dili-  
 gitur, & tam fere nulla ei pro innumeris bene-  
 ficijis suis gratiã actio referat. ¶ Secundo, de tot  
 animarũ damnatione perpetua, quas Deus rã no-  
 biliter condidit, quæque a summo bono sponte se  
 auer-



## LIBER III

auertunt ad vilissima atq; caduca, denuo erueſſi  
 gentes dñm suum, & seipſos æternæ dñationi  
 astringentes. Istud lugere atq; deſlere debemus,  
 ac pro om̄ibus veniã & misericordiã postulare,  
 Deoque suam triftẽ animam pro peccatis om̄i-  
 um offerre. ¶ Deinde considerando abyſſum de-  
 ſectuũ vitioꝝque noſtroꝝ, ad quæ oēs propenſi  
 ſumus et inclinari, q̄d q̄ ſepe malas inelinationes  
 opere complemus: contra hæc eadẽ, triftiſſimæ  
 animæ suæ p̄fectionem eidẽ offerre & exhibere  
 debemus. ¶ Tertio, triftabitur aia noſtra, q̄d ad  
 gratiã Dei ſuſcipiendã tã inepti & inidonei ſu-  
 mus, tãq; paræ virtutis & bonoꝝ opeꝝ in nobis  
 ipſis inuenimus, q̄d q̄ Deo magis impedimẽto, q̄  
 auxilio ſumus ad infundendũ nobis gratiã suã,  
 vel aliqd boni in nobis operandũ. Cõtra hæc q̄ q̄  
 ſanctiſſimã animã eius cunctis virtutibus exorna-  
 tã patri cœleſti pro nobis et pro om̄ibus hoibus  
 offeramus, Chriſtũq; rogemus, vt p̄ merita ſua  
 ac doloroſæ animæ suæ, diuinitatẽ suã in ani-  
 mã noſtrã radiare permittat, eãq; ſanctã & paci-  
 ficã efficiat, & vires animæ noſtræ ſanctiſſimæ  
 animę suę viribus cõiungat, animãq; noſtrã vir-  
 tutibus illis exornet, quibus ſanctiſſima anima  
 eius fuit ornata, quatenus altiſſima reuerendiſſi-  
 maque deitas eius in anima noſtra, velut rex in  
 throno ſuo ſedere, regnũq; animæ noſtrę per ſe  
 ipſum regere, & omnes vires noſtras locis ſuis,  
 in q̄bus primitus a Deo in paradifo collocatæ  
 fuerunt, reſtituere, inque animæ noſtræ paradifo  
 ſeipſum recreare, & cuncta ſibi contraria inde  
 expellere, cunctaque ſibi delectabilia in ipſo plã-  
 tare delectetur, videlicet aquilegiã ſapientiæ, ro-  
 ſam amoris, liliũ caſtitaſ, humilitatis y iolã,  
 Y ñ ſoli-



MARGARITAE EVANG.

solsequiū obedientiæ, et garyophilon gratitudinis, atq; tūc nobiscū cœnā suā seruare & de nostro epulari, diuinaq; virtute sua cuncta, quæ displicent in nobis, consumere, & animam nostram ad honorem suum possidere dignetur.

**Vt cū domino nostro pœnosum corpus habeamus.**

**D**Eniq; sentire debemus in nobis, quod & in Christo Iesu. i. quoties vel paupras, vel pœnalitas, vel cōtemptus nobis accidit, hoc sentiamus in nobis, quod dñs Iesus Christus in sua sentiebat paupertate, quæ licet magna esset, nunquā tamē habere aliquid desiderauit. Quod idē quoq; in sua pœnalitate, in qua, licet maxima fuerit, nec minimā habebat impatiētiæ cogitationē. Quod demū in ignominia sua: in q̄ sicut & in oībus q̄ ei accidebāt, cōstitutus, nusq; tamē inde se excutere moliebat: quippe q̄ nihil in se nisi amorem et patientiā sentiebat, totamq; vitā suā ad humilē, simplicē ac subiectā obedientiā ordinauerat, per quā cœlesti patri suo semp̄ obediebat. Ideoq; et nos istud in nobis sentire debemus, quatenus ip̄m in hoc sequi possimus, habēdo videlicet semp̄ cū ipso pœnosum corpus, mēbraq; nostra & corpus nostrū suis mēbris & corpori cōiungendo, ip̄m q; rogādo, vt p̄ merita sacrosancti, puri vulneratiq; corporis sui altissimā dulcissimāq; deitatē suā in n̄m corpus radicare pmittat, ip̄m q; sanctū, sobriū, mundū & ap̄tū efficiat, & verecūdia cūctisque moralibus virtutibus exornet, q̄tenus diuinitatē suā in ip̄o velut impatorē in tabernaculo suo (q̄d q̄cunq; prexerit, secū ducit) habitare delectet. Sic itaque ipsum



ipm rogemus, vt suū de nō corpore tabernacu-  
lū efficere, ipm q̄ omī cœlesti exercitu circūal-  
lare, & intus cūctis virtutibus ad suā delectatio-  
nē exornare dignet. **U**scē, debet quisq̄, primo cū  
B. Maria Magdalena semp in spiritu Deo esse  
vnitus, diuinā contēplando essentiā, ipsamq̄ hu-  
militer adorādo. Secūdo cū Martha exire, & sol-  
licite bonis actibus externis insistere, Tertio cū  
Lazaro sedere in sepulchro pctā plangendo: q̄d  
proprie ad incipiētes ptinet, sicut strenue bonis  
actibus insistere, ad proficiētes, & in q̄ta & trā-  
quilla fruitione Deum expectare, ad perfectos.

Qualiter per septē horas dño cōformari, et  
ipsi eadem offerre debeamus. Cap. III.

**P**ostq̄ igit̄ talē aliq̄s Dei & sui ipsius cogniti-  
onē est adeptus, taliterq̄ sibi fundus et ac-  
cessus in spiritū est patefactus, Deū semper  
in occulto spūs sui q̄rere et adorare, atq̄ inibi p̄  
fidē, spē & charitatē habitare, et sei ipm in diuinā  
vnitatē (vbi in occulta abyssō includit̄, q̄tenus  
vnus cū Deo sit spūs, et vnū corpus cū Christo)  
iugiter inclinare debet, seruareq̄ in fundo aiḡ sue  
superessentialē diuinā vnionē, & corā aīa sua lu-  
cidissimū speculū humanitatis Christi Dei et ho-  
minis, in quē p̄ fidē est trāsformatus in vna intē-  
tione, vna volūtate, vno desiderio & eodē amo-  
re cū Deo, faciēdo, dimittēdo & patiēdo oīa per  
ipm, seruādo q̄q̄ p̄cepta, sequēdo cōsilia, et fac-  
endo p̄ Christū oīa q̄ status suus & ordo requirūt  
Nec̄ em̄ negligēs esse debet in his, q̄ ad laudem  
Dei in sc̄tā ecclesia seruari sunt instituta, p̄sertim  
ad septē horas eanonicas nocturnas pariter atq̄  
diurnas, sed ea intus in interiori aīa tēplo, in oc-  
culto

Y iij culto



MARGARITAE EVANG.

culto spūs sanctuario semper seruabit, ita vt nō  
quā cesser laudare, honorare, gratias agere & ad  
orare Deū pro oibus, q̄ per nobilissimā humani  
tatē suā in ipso et in oibus creaturis est operatus.  
¶ Nūc igit̄ o anima mea ad matutinas aspice &  
intuere in lucidissimo illo speculo, & in libro vi  
tæ, qualiter verbū patris æterni amātissimus sp̄s  
filius tuus seipm̄ in nocte pro tui amore in t̄bra  
potestātē tradidit, seq̄ capi et ligari pmisit, cōce  
dēs illis, vt q̄quid vellēt, cū eo agerēt. Et hic cū  
inclinata anima & mente subleuata in caligino  
sam patris virtutē teipsam inclina, orās ipm̄ vt  
per omnia quæ in humana natura sua filius eius  
in nocte sustinuit, te in amore suo capere & liga  
re, & per violentiam ei tunc illatā seipsum in te  
ad perenniter ipsum contuendum clarificare di  
gnetur. ¶ Ad primam, lucis orto sydere, o ani  
ma mea in fontale principium tuum omni carē  
principio te inclina, & in clare illo speculo con  
templare, qualiter æternum patris verbum spon  
sus tuus, velut agnus mansuetus ab vno iudice  
ad alium ductus fuit, ipsumque deprecare vt te  
adiuuet, quatenus instar agni duci te patiaris ad  
obediendum Deo interius, & hominibus exteri  
us. ¶ Ad tertiam insuper exuberans illud v  
nitatis amorosum profluuium te inclina, &  
in summæ Trinitatis speculo contuere o anima  
mea, qualiter Deus et homo propter te nobiliss  
mū corpus suū in flagellatiōe lacerari, caputq̄  
suū sanctissimū spinis coronari pmisit. Quali  
ter itē condēnatus fuit, et proprijs humeris crucē  
suā (cui peccata nostra omnia erāt imposita) de  
portauit: & hic vniuersis carnis voluptatibus re  
muncia, quinq; sensus tuos subtus spineā coronā  
com



LIBER III.

comprime, & omne iudicium tam iniustum, q̄  
 iustum patienter tolera. ¶ Ad sextam in poten-  
 tissimas vnitatis diuitias te inclina, et in lucido il-  
 lo speculo intuere, q̄liter nobilissima eius huma-  
 nitas vestibus spoliata, ad crucē conclauata, &  
 cū eadem erecta fuit, et miserabiliter pepēdit. Et  
 hic o aīa mea expolia te oībus, q̄ inter te & spō-  
 sum tuū mediare possunt, & corde cōpassiuo ero-  
 ctisq; viribus patri coelesti filiū suū vndiq; cru-  
 entatū pro viuīs simul ac defunctis oībus offer.  
 ¶ Ad nonā in eternitatis principiū te inclina, &  
 in claro illo speculo contemplare, quō nobilissi-  
 mā humanitatem suā pro te mori fecit. Hic igit  
 o anima mea, cum dilecto sponso tuo spiritali-  
 ter morere omnibus quæ in mundo sunt, & in  
 ipso morere, quatenus ille in te viuere possit, di-  
 casque: Viuo iam non ego, viuūt vero in me  
 Christus. ¶ Ad vesp̄as intuere o anima mea,  
 in lucido illo speculo & libro vitæ, qualiter ver-  
 bū patris æterni, amātissimus redemptor tuus in  
 cruce mortuus pendeat, & deinde mortuus de  
 cruce deponēbat: et hic in vitā æternā te inclina,  
 orās vt per mortuā humanitatē suā te in gratia  
 sua viuificare, cūctaq; tibi peccata dimittere ve-  
 lit. Et sicut ipse tunc diuino lumine suo deforme  
 corpus suū purgabat, et animā suā diuinitate sua  
 trāradiabat (ita vt oēs qui in lympo erant, inde  
 illuminarentur) sic eodem lumine & ardore di-  
 uinitatis suę per merita sanctissimę humanitatis  
 suę cūctas iniquitates tuas consumere dignetur.  
 ¶ Ad completorium deniq; sole iā ad occasum  
 tendente, inclina te, o anima mea, in eum qui est  
 primus & nouissimus, principiū & finis: & con-  
 template in illo lucido eterne claritatis speculo.

Y iij & le-



## MARGARITAE EVANG.

& lege in libro illo apto, q̄liter vnicus eterni pa-  
 tris filius eiusq; verbū sempiternū (in q̄ seipm  
 summus ille amator totū exprimit) amore tui le-  
 pultū & mūdis lintheaminibus est inuolutū, ac a-  
 romatibus conditū. Et hic inclina te superflentia  
 liter in amabilē deitatis vnitatē, & inuolue rei-  
 psam in mūda syndone humanitatis eius, q̄tenus  
 eius esse sepulchrū merearis. Et tūc ipm humilli-  
 ter deprecare, vt te in se, & se in te sepelire, atq;  
 sepulchrū istud amore suo cōcludere & signare,  
 p̄ seipm custodire et te in se cōseruare dignetur.  
 ¶ Et vt die tertia intra te in tribus superioribus vi-  
 ribus tuis resurgere, ac dilectissimæ matri suæ in  
 simplici essentia tua rediuius apparere velit p̄  
 sanctissimā Trinitatē suā, vt videlicet pater ope-  
 rei in memoria, filius in intellectu, & spūs san-  
 ctus in volūate, vtq; tūc diuinā virtutē suā de-  
 orsum in vires inferiores radiare p̄mittat, in cō-  
 cupiscibile videlicet, rationale & irascibile, per  
 tres illas Marias designatas, a q̄bus se tāgi p̄mi-  
 sit. ¶ Hęc itaq; faciēdo deuota aīa matutina sp̄e  
 pore in occultā diuinitatē sese inclinabit, & quō  
 per sanctissimā Trinitatē suā in oēs creaturas e-  
 manarit inspiciet, atq; hic seipsam totaliter amittet:  
 quatenus ad primā apta et idonea esse possit,  
 in qua nasci & per bonā vitam educari dñs ipse  
 dignetur: & ad tertiam condemnari: quod tunc  
 fit, quando propter opera sua bona ab alijs dñi  
 dicatur. Quod profecto ipse dñs quasi sibi factū  
 reputat, prout apertius ipsius ad sanctū Petrum  
 verba demonstrant, dicentis: Vado Romam  
 crucifigi. In qua nihilo minus ad sextam  
 possit crucifigi, sicut ipse ait: Cum exaltatus fue-  
 ro a terra, omnia trahā ad me ipsum; hoc est, cū  
 animā



anima ad hoc peruenit, vt sic in ea exaltatus fit dominus, vt gaudiū ei fit pro amore ipsius crucifixam vitam agere, vtque seipsam propter ipsum diligat, quatenus ille in ea delectari possit, tunc ipse dominus omnia, id est, animam ad seipsum vult trahere, & secum vnire, eoq; subleuare & exaltare, quo ipsemet est exaltatus, in suavidelicet deitatis fruitionem. Denique, ad nomnam anima mori cum ipso, ad vespertas quiescere cum ipso, & ad completorium sepeliri cum ipso debet, quatenus, vt præactum est, ipse in ea resurgere possit.

Qualiter dominum nostrum intus exterius usq; sequi, & in ipsum transformari debeamus. Cap. III.

**A**IT quodam loco dominus noster: Si quis vult post me venire, abneget semetipm, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Quæ profecto imitatio vel sequela, non tantum fit exterius in corpore, sed multo magis intus in anima & spiritu. Rursus alio loco dominus: Vbi ego sum, inquit, illic & minister meus erit. Et alibi: Quo ego vado, vos non potestis venire. Vbi enim ego sum in patre meo, illuc creatura nulla pel pertingere, vel permanere potest. Si ergo vbi dominus est, illic & minister eius esse debet, omnes eum creaturas & creata omnia deserere & transcendere oportet, & tunc venire in fundum animæ suæ, in quo latet dominus Deus suus, qui hic iam a seipso inuenitur. Et in hoc fundo regnum Dei in nobis manifestatur. Quantum enim nudi sumus & abnegamus nos ipsos, tantum nobis abintra Deus seipsum manifestat.

Y v Por-



MARGARITAE EVANG.

Porro, si fundus noster nudus esse debeat, ipse  
 Deus hoc præstare habet: quæ idcirco deuotissi-  
 me rogare debemus, vt omnem a nobis gratie  
 suæ obicem repellat, & in nobilem illum fun-  
 dum nos deducat, quem ipse occulte inhabitat.  
 ¶ Etenim hic quasi annihilamur, & ab ipsa crea-  
 tureitate nostra quodam modo nudamur, &  
 hoc ipsum quod Deus est, efficimur per gratiam,  
 atq; hic quendam occultū in Deū accessum ha-  
 bemus, ipsiusq; secretis fruimur, & ab ipso agi-  
 tur spiritus noster, luxq; lucet in tenebris, & ho-  
 mo in nouum mundum, id est, in vitam super-  
 sentialem pertransit: vbi tunc seipsam beatissi-  
 ma Trinitas manifestat. Pater videlicet, in me-  
 moria per simplicem cogitationum lucem: Fili-  
 us in intellectu, per clarā cognitionem, spūs san-  
 ctus in voluntate, per amorē, ipsumq; vnū cum  
 Deo spiritū facit, in qua spūs vnitate ipse quoq;  
 spūs simplex & purus efficitur. Et hic pater ver-  
 bum suū æternum generat, i. spiritum lumine di-  
 scretionis illustrat, & spiritus ab anima diuidi-  
 tur, qui tamen essentialiter vnū sunt. Quia vi-  
 delicet spiritus cum tribus supremis viribus in  
 simplici illo (quod Deus ipse est) agitur, & ani-  
 ma inferius cum tribus viribus inferioribus in  
 multiplici amaritudine permanet. Ideoq; anima  
 per Mariam designatur, quæ mare amarum si-  
 gnificat. Etenim spiritu semper gaudio, tran-  
 quillo & libero permanente, anima diuersas pu-  
 gnas & certamina variosq; dolores ac tristitias,  
 & præcipue tres experitur.

De triplici animæ tristitia ex illuminatione  
 diuina. Cap. V.  
 Prima



## LIBER III.

**P**rima est tristitia, quando ex spūs eleuatio-  
 ne lux in eam descendit, in qua defectuum  
 suorum abyssum agnoscit, sentitq; se nil pos-  
 se, nil præter innumeras defectuositates habere,  
 sapitq; Deo obicem ponere, vt non, quò vel-  
 let, in ipsa operari possit, & pro oibus ei collatis  
 beneficijs, & cunctis, quæ ex amore pro ipsa su-  
 stinuit, se tam parum gratam illi existere, fatetur  
 que pessimum mundi peccatorem multo gratio-  
 rem fore Deo, q̄ sit ipsa, si ei collatam gratiã De-  
 us illi peccatori cõtulisset. Dum itaq; ex horum  
 consideratione salubri dolore cõpungitur, adeo  
 vt etiam viliorem nihilo sese reputet, confestim  
 oēs isti defectus a diuino lumine in ipsam radiã  
 re consumuntur, & spiritus sanctus fundũ illius  
 purgat & mundat, ita vt pater cœlestis ibi spi-  
 ritualiter generet filium suum, id est, animam ve-  
 ritatis cognitione perlustret. ¶ Secunda tristitia  
 est, q̄ cubiculũ suum ornatum nõ est, q̄ vestem  
 innocentie in baptismo sibi restituta, & virtutes  
 oēs absq; suo merito in eodem sibi collatas per  
 peccata sua perdidit. Quod itẽ vis cõcupiscibi-  
 lis ad ea, q̄ sibi nõ licent, adeo diffusa est. Quod  
 etiã rationalis tam duplex & impura effecta est,  
 quodq; irascibilis adeo intumuit, & oēs affecti-  
 ones tam sunt peruersæ. ¶ Tertia tristitia est, q̄  
 Deus oipotens tam paucissimis hoibus pro gra-  
 tissima volũtate sua vti potest, eo q̄ oēs fere ad  
 creaturaz amorem se conuertunt, per quẽ amor  
 Dei in ipsis refrigeratur ac tepescit. Deniq; ipse  
 dñs noster Iesus Christus tantũ ob hoc in anima  
 sua dolorẽ ac mœrorẽ sustinuit, vt sanguinẽ su-  
 daret, eo videlicet, q̄ nobilis anima hois tãtum  
 peccatis deformatur, q̄ ad hoc facta est, vt sum-  
 mum



MARGARITAE EVANG.

num bonum duntaxat appeteret & sanctę Tęnitatis habitatio fieret.

Qualiter in corpore dominum nostrū sequamur, & omnia membra nostra in ipsum transformari & manere debeant. Cap. VI.

**D**Eniq; si corpus nostrum Dei esse habitaculum debeat, profecto carnem nostram cum omni sensualitate sua crucifixam & mortuā esse oportet, ita vt totus homo in Christum sit transformatus: vt videlicet tres vires superpreme in Deum sint subleuatae, eiusq; thronus existat: & vires inferiores sint sedes illius, & corpus habitatio ipsius, omniaq; membra nostra illi vniantur, ita vt aures nostrę nihil pręter diuinas inspirationes audire desiderent, oculi rebus omnibus terrenis sint clausi, os continue in Dei laudibus occupetur, cor omnibus inutilibus occupationibus claudatur & Deo aperiatur, manus sanctis obediętię operibus vacent, brachia ad crucem extendantur, corpus mundum ac purum ab omni peccato seruetur, genua in Deo obsequio flectantur, pedesq; cruci affigantur: ita vt nusquam ire libeat, pręterquam in Christi vestigijs, eius videlicet humilitatem, benignitatem, & virtutes alias imitando. Quantum enim Christum intus in spiritu & anima, & foris in corpore sequimur, tātum etiam ipsum induimus. Porro, si etiam anima nostra conueniens Dei habitatio, & decora eius spōsa esse debeat, Deum suum rogare habet, vt primam innocentiam illi restituat, cunctisq; se virtutibus exornet: quatenus concupiscibilis ex mortificatione viuā, & ex peccate



## LIBER III

peritate diues, rationalis ex simplicitate prudēs,  
 & irascibilis ex patientia hilaris, & ex humilita-  
 te sublimis efficiantur. ¶ Cum ergo sic sese ani-  
 ma habuerit, tunc Christus dominus in ea velut  
 rex in regno suo præsidens, cunctas illius vires  
 gubernat. Et tunc spiritus noster est cœlum, ani-  
 ma paradisus, & cor palatiū, in quo virtutum  
 omnium flores germinant. Christus enim sol iu-  
 stitiæ ipsum seruidum atq; fœcundum efficit. Et  
 hic sponsus sponsæ dicit: Hortus conclusus es so-  
 ror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.  
 Et ipsa: Quid enim habeo, quod nō accepi? Aut  
 quid est in me, quod tu non conserues? Tu enim  
 ipse es fons & abyssalis puteus. Tu es omnia in  
 omnibus, vt tuus Apostolus ait: Sane ex me ni-  
 hil habeo, sed gratia tua sum id, quod sum.

Qualiter Deum adorare, & imaginē Chri-  
 sti intus exteriusq; nobis imprimere de-  
 beamus.

Cap. VII.

¶ Ipsa per semetipsam veritas ait: Spiritus est  
 Deus, & eos, qui adorant Deum, in spiritu &  
 veritate oportet adorare, non solum exteriori  
 modo, neq; in sensibus tantum per modum dele-  
 ctationis. Quid ergo, dicit aliquis: Num omnes  
 imagines mihi interdicas? Nequaquam. Magis  
 autem vnam quandā imaginē tibi imprimere  
 volo, videlicet vt sæpe teipsum in interioribus  
 tuis totaliter in cor paternū eleues, & ibi illam  
 forma carentem imaginem, verbum videlicet  
 æternum, quod pater cœlestis ex diuinitatis suæ  
 abyfso exculpfit per modum speculi (quatenus  
 videlicet omnes animę tuæ vires penetret ac per-  
 transeat) sumes, ita vt siue comedas, siue bibas,  
 eas.



MARGARITAE EVANG.

eas, dormias, vel vigiles, amoroſam hanc imagi-  
 nē nunq̄ ab iſta imagine, a Chriſti videlicet di-  
 uinitate abducere te patiaris: idq̄ non per imagi-  
 nes, ſed eſſentialiter, & iuxta hanc oēm vitā tu-  
 am, & eſſe tuū intus exteriuſq̄ iſtitues. Et ſicut  
 pictor aliq̄s, qui ad ſimilitudinē alterius imagi-  
 nē aliquam pingere intendit, cum omni diligen-  
 tia omnia imaginis illius, quā imitari vult, linea-  
 menta conſiderat, & ea in tabula ſua exprimere  
 nititur: ita & tu amabilem hanc, & forma caren-  
 tem imaginem attende, vbi videlicet ſecundum  
 diuinam naturam ſuā ſine ceſſatione in diuinam  
 abyſſum, cum oībus, quæ vnq̄ a patre accepit,  
 reſſuit, & iuxta eam exprime imaginem tuam.  
 ¶ Inſuper & amabilem humanitatis eius imagi-  
 nem attende, eius videlicet humilitatē, miſericordi-  
 aliasq̄ abyſſales virtutes ipſius conſiderandos:  
 idq̄ non cum modo, ſed ſupra omnem modum,  
 ita vt vbiq̄ fueris, ſiue in ſolitudine, ſiue in  
 multitudine, quibuſcuq̄ locis & temporibus,  
 ſemper hoc tibi ſpeculū propone, & ad ipſum  
 omnes vires cordis tui conuerte. Dirige oēs vi-  
 as tuas, & profer ſingula verba tua, quaſi ipſe  
 corā aſſiſteret. Si comedis, intinge ſingulas buc-  
 cellas in precioſo ſanguine ipſius: ſi bibis, cogi-  
 ta eum ex benedictis vulneribus ſuis potum il-  
 lum tibi præbere. O ſi quis iſta conſiderare, &  
 in eis ſeſe exercere veller. Inſuper ſi dormis, re-  
 clina caput tuum ſuper ſanguinolentum cor ipſi-  
 us: ſi loqueris, cogita ipſum coram aſtare, & au-  
 dire ſingula verba tua, aſpicere quoque omnem  
 apparatus & intentionem tuam. Et ſic immer-  
 ge te ipſum in nobilem ac diuinam hanc imagi-  
 nem, & ipſe ſine dubio euehet ac eleuabit te in  
 depictam



depictā ac forma carentē suam imaginē. Quod  
dam tēpore talia cuidā intrus verba dicebantur:  
Qui per seipsum sedere p̄sumit, anteq̄ a dño sede  
re iubeatur, ille ab eodē deponetur. Multi mul-  
tas intentiones habent, sed re vera multiplicitas  
intentionū, vnitatē dissoluit. Iam olim in felicio  
ri seculo magister quidā diuinus assererat. Tu  
ipse cōsidera in fundo tuo, q̄ opera, q̄ modi, q̄ve  
exercitia te cōpēdiosius in forma carentē illā ac  
superessentialē imaginē introducere possint, &  
hos modos, eaq̄ exercitia potissimū sequere, do-  
nec a tuip̄sius & omnium creaturarumq̄ imagi-  
nibus absolutus, in diuina imagine supra om-  
nem imaginem absorbearis.

Qualiter omniū solennitatū memoria in  
anima permaneat, quæ Deū veraciter in-  
tus & exterius sequitur. Cap. VIII.

**D**Eniq̄, vt iā dixi, Deus ipse est oīa in oībus,  
in q̄ oē bonū & tota salus nostra cōsistit,  
q̄ etiā nos oēs saluos fieri cupit. Ideo nāq̄  
& seipm̄ in nobis vniuit, & est sanctū sanctorū,  
in q̄ oīa festa & solēnitates peragūtur in intimo  
aiā, in occultis sanctis sanctorū. Hic etem̄ sem-  
per natalis domini agitur, quia dominus hic in  
anima semper spiritualiter generatur. Semper pu-  
rificatio celebratur, quia nimirū anima seipsam  
eum Dei filio, in interiori spiritus sui templo, q̄d  
Deus sibiip̄si exemit & consecrauit, offert. Hic  
etiam, quantum vitam & exēpla eius sequimur,  
tantū Dei filius in nobis educatur. Cœnā quoq̄  
suam hic seruat, & seipsum ad seipsum in aiā re-  
cipit, ipsamq̄ spiritualiter sacratissimo corpore  
& sanguine suo reficiens, totaliter in se trans-  
format,



## MARGARITAE EVANG.

format, facitque eam vnum cum gaudio spiri-  
 tu, gaudioſa anima, & gaudioſo glorioſoſque cor-  
 pore ſuo: qui nimirum ſunt fructus huius digni-  
 ſimi ſacramenti, cuius ſpiritali cibo, quāto plus  
 reficimur, tāto amplius in amore Dei creſcimus  
 proficimurſque. ¶ Per hoc nanque anima vici-  
 ſim parata efficitur offerre ſeiſſam in manus  
 domini ſui & ſuperiorum ſuorum, in eadem cha-  
 ritate, in qua dominus noſter ſeiſſum in manus  
 hoſtium ſuorum capiendum tradidit, ſequē ligari,  
 flagellari, coronari, condemnari & crucifigi  
 permīſit: & tādē amariffima morte defunctus  
 eſt. In hac (inquam) charitate anima mori & vi-  
 uere, & ſeiſſam in manus obedientiæ ad omne  
 pœnam, inopiam & deſpectum offerre, & pro  
 amore illius capi, ligari, flagellari, coronari, con-  
 demnari, & nuda in crucem ſuſpendi deſiderat  
 & ita hic ſemper paſſeue agit. Paſſio nan-  
 que dominica tali homini velut vivum quod-  
 dam ſpeculum & exēplar ob oculos exiſtit, ha-  
 betque introitum ſuum in deitatem, & exitum  
 humanitatem Chriſti. Et quāto plus abintra ſpi-  
 ritus diuinitatem ſequitur, tanto magis anima  
 & corpus abextra vitam & paſſionem Chriſti  
 ſequuntur: ſicque totaliter in Deo moriuntur, &  
 ſimul cū Chriſto in Deo ſepeliuntur. Mori ſiqui-  
 dem in Deo, ad ſupremam eſt exaltationē aſcen-  
 ſus. ¶ Hic in ſuper paſcha continue celebratur,  
 vnde Apoſtolus ait: Si conſurrexiſtis cum Chri-  
 ſto, quæ ſuſum ſunt, ſapite. Superior habitatio  
 eſt nuda animę eſſentia, cui Deus ſeſe vniuit, &  
 in ipſa ſapimus ea, quæ Dei ſunt. Neque enim  
 ſufficit mori, ſed etiam vt viuere diſcamus, &  
 portet. Ideoque dominū ſapius orare debemus,  
 vt nos



LIBER III.

vt nos ex mortificatione viuos efficiat, sicuti seipsum in sepulchro viuificauit: vt (inquam) sic & nos in gratia & amore suo viuificet, & in nobis, & per nos occulte & perfecte, constanter atque veraciter resurgere dignetur. Hic quoque ascensio cōtinue peragitur. Nam & anima introversum trahitur, & ab omnibus rebus infimis aliena efficitur, trahiturque ad internam occultam fruitionem Dei, venitque in tres cœlos, id est, tres vires superiores, & a sanctissima Trinitate illuminatur, perlustratur, perfluitur, atque ad cœlestia subleuatur. Et hinc tam ipsa beata Trinitas, quæ tota cœlestis curia latatur. Pater qui deus, & hominem inuenit secundum cor suum. Filius, & per meritum passionis suæ noua lux incipitoriri. Spūs sanctus, & vas aptum habet, in quod & per quod promanare, & quicquid uolet, & quā uolet, operari possit. Hic insuper cōtinua fit penthecostes celebratio. Nā spūs sanctus a filio promissus, hic a patre mittitur cū septiformi gratia sua, purgatque, immutat & accedit cor hominis, nouisque linguis ipsum eloqui docet. Hic denique semper nuptiæ celebrantur. Quoties enim anima uoluntatē suam resignans, solius Dei acceptissima uoluntate utitur (quæ summa utique libertas est) toties ipsi Deo desponsatur: sicque patris filia, filij soror, & sponsa fit spiritus sancti.

Qualiter cum Deo semper in cœlo spiritus nostri, & in paradiso animæ nostræ uniti manere debeamus. Cap. IX.

**S**I in interiori cœlo spūs, & animæ paradiso manere uelimus, præcepta atque prohibita Dei ut seruemus oportet. Sane angelis præ-

Z cepe-



MARGARITAE EVANG.

ceperat Deus, vt ei ministrarēt, & in ipsius p̄sētia permanerent, atq; pro eius amore etiam hominibus inseruirent. Quod cum Lucifer & alij innumeri ei consentientes facere dedignarentur, in profundissimum inferni iusto Dei iudicio sunt proiecti. Qui vero huic contemptui ac peccato Luciferi non consenserunt, parati erant seruire Deo, ipsumq; laudare, in eius p̄sētia permanere, et curā humani generis habere. Cum ergo nos ad hoc conditi simus, vt eorum, qui ceciderunt, angelorum locum possideamus, merito parati esse debemus ad omne Dei obsequium, ipsi libenter ministrare, intus in eius p̄sētia permanere, libenter ei intus & exterius obedire, eiq; & propter amorē eius etiam hominibus assacrater inseruire. Sic enim in interiori cœlo sp̄s Deo vniti permanemus; atq; hæc faciendo, Dei p̄cepta seruamus. ¶ Si vero etiam in interiori animę paradiso manere velimus, ita vt Deus omnipotens suā in nobis delectationē atq; delicias habere possit (Ipsē em̄ ait: Delicię meę sunt esse cum filijs hominum) prohibita ab ipso summo studio deuitare nos oportet. Cū enim Adam prohibitionem diuinā transgrederetur, e paradiso expulsus est, & internā sanctissimę Trinitatis fruitionē perdidit. Anima vero illius magna cæcitate, ita vt etiam culpā suam nō agnosceret, obtenebrata fuit. Ideoque seipsum excusans, in mulierē sibi a dño datā, culpam oēm reuertit. Sane & nobis maximopere cauendū est, ne a muliere. i. sensualitate nostra seducamur, sed potius ita in diuino amore fundati simus, prout etiam tenemur, vt mori potius, q̄ vel minimum peccatum ex certa scientia cōmittere velimus: quip̄



LIBER III.

pe cum peccatum mediū sit inter Deū et animā.  
 Porro, quantū peccata vitamus, vt Deus in nobis delectet, tantū in amore ipsius proficimus, tantūq; amplius aia illius gratia illuminatur. Deniq; si in corde nostro conclusus hortus esse velimus, consciētiam nostram per humilē accusationē confessionēq; reatum nostrorū mundā seruare oportet, indeq; cuncta vitia & defectus eijcere, & virtutes omnes in ipsa plantare, vulpesq; paruulas q̄ demoliunt vineas, a corde expellere, i. cunctas subtiles incidentias & cogitationes, aliasq; tales occupationes, quæ saepe vineam, id est, cor nostrum, in quo passionē dñi florere oportebat, dispergunt demoliunturq; ab ipso excludere debemus: vitare etiam diligenter omnem singularitatē, quia singularis serus domini vineam depastus a Propheta dicitur: & per timorem Dei ostia atque fenestras quinque sensuum nostrorum custodire atque concludere, cum scriptura dicat: Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita, imo & mors quoq; procedit.

Qualiter omnem multiplicatē & curiositatē vitare debeamus. Cap. X.

**P**orro, sunt nonnulli, q̄ ex toto sese cū naturali intellectu suo ad cœlestia cōprehēdēda & intelligēda erigunt, & miseri interiorē animæ suæ fundum defectusque suos negligūt & obliuiscuntur. Cuilibet ergo tali animæ sic extrouersæ sponsus in Canticis ait: Si ignoras te, o pulchra inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum, & pasce hœdos, id est, defectus tuos, iuxta tabernacula pastorum. Quare obsecro, pulchram eam dicit, nisi quia facta est ad

Z ij ima-



## MARGARITAE EVANG.

imaginem Dei? Quare vero addit, inter multo-  
 res, nisi quia impura & a vera simplicitate alio-  
 na, plenaque imaginibus existit? Porro dominus  
 ait: Vigilate & orate, vt non intretis in tentati-  
 onem. Sane omni tempore circa defectus nostros  
 vigilare, ipsumque dominum sine cessacione  
 rogare debemus, vt gratiam suam nobis tribu-  
 ar, quatenus ea, quæ ei placita sunt facere, &  
 quæ displicent illi, vitare, atque nobis ipsis per-  
 fecte mori, quatenus ille solus in nobis vivere  
 possit, valeamus. Ipse nanque ait: Sine me nihil  
 potestis facere. ¶ Denique pro huiusmodi paru-  
 ulis, id est, humilibus super fundum suum vigi-  
 lantibus dominus in Euangelio patri suo con-  
 tetur & gratias agit, dicens: Confiteor tibi pa-  
 ter, dñe cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sa-  
 pientibus & prudentibus & magnis seculi hu-  
 ius, & reuelasti ea paruulis, id est, humilibus &  
 que simplicibus. Sapientes quippe hic dicuntur,  
 qui exterius sapientes & docti hominibus esse vi-  
 dentur, & apud semetipsos sapientes sunt, quibus  
 procul dubio Dei sapientia occultatur. Prudentes  
 vero sunt, qui futura prædicunt, & visionibus  
 ac somnijs suis intendunt: & propter hæc aliquid  
 se esse arbitrantur: ideoque & ab ipsis Deus  
 interior sese abscondit. Magni vero sunt, quæ  
 magna quædam & sublimia comprehendere nituntur,  
 multa quoque & magna arcana cœlestia con-  
 templantur, & scrutantur ea, quæ sibi scrutari mi-  
 nime licet, multasque intus imagines, tabernacula  
 & multiplicitates circumferunt. Ideoque nec  
 ad simplicitatem veram pertingere possunt, sicut  
 illi, qui ab intus in simplicitate Deo vniti per  
 nes fundum suum permanent, & vigilant circa



### LIBER III.

defectus suos; de quibus nimirū internis ac simplicibus in Psalterio dicitur: Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Portæ nanque Sion, sunt bona voluntas, recta intentio, diuinus amor, ignita desideria, cordialia suspiria, & cōtinua suspensio in Deo. Sion vero speculum vel visionem pacis significat, de qua scriptum est: In pace factus est locus eius, & habitatio eius in Sion. Et: Elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.

De tribus hominis partibus, & qualiter vnaqueque ornari debeat, & primo ipsis septem sacramentis. Cap. XI.

**S**ciendum est autem, vnumquemque hominem ex tribus constare, spiritu videlicet, anima & corpore, quæ licet distincta sint ab inuicem, vnum tamen hominem constituunt: sicut & in quolibet templo pars illa communis omnibus, & chorus atque summum altare, licet tria sint, non tamen nisi vnum templum efficiunt. Pars igitur illa communis omnibus, in qua omnes exteriori quodam modo, & in multiplicitate orant, corpus nostrum designat, quo tam Deo, quam proximis nostris inseruire, & externis quibusuis institutis ac ordinationibus communes esse debemus. Per chorum vero, in quo Deus in organis & canticis laudatur, anima nostra intelligitur, quæ cum omnibus viribus suis ad laudandum Deum in iubilatione erecta, & semper velut corda in cithara extensa esse debet: quatenus cœlestis ille musicus, & magister amoris

Z iij spi



## LIBER III.

spūs sanctus, quæcūq; placita sibi sunt, in ipso  
 cauere possit. Deniq; per altare chori in quo oc-  
 cultū illud sacrificiū offertur, & in secreto san-  
 ctuario celebratur, spūs noster intelligitur, q̄ in  
 sanctū sanctorū intrare, & ibidem dñm cōtinu-  
 adorare conabit. Iste nāq; locus est, in quo dñm  
 in veritate adorare, & nos ipsos ei totaliter cum  
 omnibus, quæ ab ipso tam in spū q̄ in natura ac-  
 cepimus, ad æternam illius laudem offerre, &  
 in super pro omni defectu et necessarijs causis cō-  
 rum nostrorū, omnibusque necessarijs causis cō-  
 interiori gaudio orare debemus. ¶ Porro, quæ  
 bet harū triū partiū singulariter exornari oportet:  
 corpus videlicet septē sacramētis, virtutibus  
 moralibus, & studiosa oim sensualium desideriorū  
 mortificatione: animam vero septem donis spi-  
 ritus sancti, & totali extinctione omnium illorum,  
 quæ vitam illius (quæ Deus ipse est) in illa im-  
 pedire possint: spiritum autē simul cum anima  
 octo beatitudinibus, & perfecta mortificatione  
 sui ipsius, omnisque proprietatis & complacē-  
 tiæ in spiritu & natura, vt sic in solo Deo viuere  
 possit. Si itaque partem ipsam inferiorem, cor-  
 pus videlicet, exornare velimus, necesse est vt  
 cor mundum, quietum pacatumq; existat. Ipsum  
 namque radix est, & origo totius vitæ, & motus  
 corporis: ex quo etiā virtutes omnes, & boni mo-  
 res procedunt. ¶ In super & septem sacramē-  
 tis in corpore nos ornari oportet, quatenus ad  
 am, quā in baptismo accepimus puritare, re-  
 possimus. Quā quia peccatis spōte perdidimus  
 ipsiq; virtutibus, q̄ tunc nobis in baptismo sine  
 merito nostro ex gratia infusæ fuerant, spoliati  
 sumus, ipsumque baptisum repetere fas nō ha-  
 betur.



## MARGARITAE EVANG.

hemus, ideo dñm nostrū Iesum Christū attentius  
 orare debemus, vt per sanctissimū baptisma su-  
 um, preciosūq; sanguinē cūctas nobis iniqui-  
 tates nostras dimittere, & ab omni nos inquina-  
 mēto mundare, suisque virtutibus exornare di-  
 gnetur. ¶ Secūdo, cōfirmatione nos ornari oportet,  
 in qua nimirū signamur crucis signo in fron-  
 tibus nostris, & ad maxillā percutimur, vt vide-  
 licet per hoc intelligamus crucē nos nostram ac-  
 cipere, & Christum sequi debere: & si quis nos  
 percusserit in vnā maxillā, exhibere ei etiā al-  
 teram. Quia vero crucem nostrā saepe inuiti por-  
 tauimus, imo & abiiecimus, a dño veniam postu-  
 lare, vtque nobis indulgeat per spontaneā illam  
 suam pro nobis crucis suæ deportationem, sicq;  
 cruces nostras acceptas habere dignetur, quasi  
 ita eas & nos portauissemus, ipsum exorare de-  
 bemus. ¶ Tertio, confessionis puritate exorna-  
 ri habemus, quā quia saepius absq; contritione  
 & emendandi proposito fecimus, dñm Deū no-  
 strum orabimus, vt omnia nobis peccata nostra  
 per sanctissimā illam confessionē suam indulge-  
 re dignetur, qua peccata defectusque nostros cœ-  
 lesti patri suo in mōte Oliueti toto corpore pro-  
 stratus in terrā confitebat, haud secus, q̄ si Adā  
 in terrā prolapsus, a dño sui reatus veniā postu-  
 lasset. ¶ Quarto, superexcellētissimo & superdi-  
 gnissimo preciosi corporis & sanguinis dñici sa-  
 cramento nos ornare debemus, quod nobis in  
 illa cœna nouissima in testamentum & memo-  
 riale æternum reliquit, quatenus illud accipien-  
 do in ipso vitam habere, arque in ipsum trans-  
 mutari & vniri possimus. Et quia proh dolor se-  
 penumero non ea intentione & præparatione,  
 Z iij qui-



MARGARITAE EVANG.

quibus oportebat, id ipsum accipere praesump-  
 mus, eundem dñm nostrum deprecari debemus,  
 vt hoc nobis indulgere dignetur per sanctissimā  
 illā perfectissimāq; preparationem suā, dignissi-  
 mamq; sumptionē, qua seipsum ad seipsum cū  
 immenso & ineffabili amore in vltima coena ac-  
 cipiebat: sicq; indignā nostram sumptionē acce-  
 ptam habere dignetur, ac si ea intēione & pra-  
 paratione, quibus ipse seipsum accepit, & nos  
 ipsum sumpsissemus. ¶ Quinto, venerabili orō-  
 nis sacramento nos ornari oportet: quod nimi-  
 rum dominus ipse sanctificauit, cuius omnis vita  
 nobis velut regula quædam est, & forma vita  
 perfecta ac spiritalis: qui exemplum nobis de-  
 dit, vt sequamur vestigia eius. Quia vero sa-  
 pius ordinem nostrum transgressi sumus, & in  
 vita spiritali, quomodo oportebat, non profeci-  
 mus, eundem dñm nostrum orare debemus, vt  
 hoc ipsum nobis per sanctissimā vitā suā indul-  
 gere, & ampliorē nobis in virtutibus & vita spi-  
 rituali profectū largiri dignetur. ¶ Sexto, honora-  
 bili sanctoq; matrimonio, & spiritali vnione  
 siue desponsatione (qua Christus in cruce nos si-  
 bi desponsauit) ornari habemus. Et quia dño se-  
 pius fidem non seruauimus, orandus est, vt hoc  
 nobis per constantiā illam suā (qua nos ad mot-  
 tē vsq; dilexit) indulgeat, nobisq; in amore suo  
 constantiā & perseuerātiā sine fine concedat.  
 ¶ Septimo & vltimo, sanctissimo vnctionis sa-  
 cramento nos ornari oportet, qđ dñs ipse in cruce  
 sanctificauit, qñ latus suū lancea perforatum  
 sanguinem & aquam emisit, per quē nimis san-  
 guinē oīa sacramēta sunt sanctificata. Et qđquid  
 in sex prioribus sacramētis deliquimus, et nō quō  
 oportet



oportebat seruauimus, hoc dignissimo sacrae vn  
tionis istius sacramento expiatur.

## De septem donis spiritus sancti.

## Cap. XII.

**P**orro, vt & pars media, id est, anima suua  
habeat ornatum, aptari & exornari eam se  
ptem donis spiritus sancti, ipsamque ad spi  
ritum sese conuertere oportet. Quod nimirum fa  
ciendo beata efficitur, & septiformi gratia san  
cti spiritus repletur. Quia enim spiritus summae  
Trinitati vnitus existit, ideo semper amabilis  
quaedam gratia per illam vnionem in animam  
descendit, operante videlicet hoc ipsum spiritu  
sancto, qui est artifex & aduocatus: qui & ani  
mam dono fortitudinis adornat, quo fortiter om  
ne prauum desiderium repellat & auersetur.  
Et ideo donum istud specialiter vi concupiscibi  
li praestatur. Dono etiam consilij, quo eam instru  
it, qualiter pacata, mitis & humilis esse, vimque  
irascibilem, cui istud donum tribuitur, refrenare  
debeat. Dono quoque intellectus, quo videlicet  
intelligat, quid odire & quid non odire debeat.  
Odire quippe malum perpetratum debet, & non  
malum ipsum perpetrantem. Et ideo donum i  
stud odio impenditur. Dono etiam scientiae, quo  
intelligat & sciat quid amare teneatur, Deum vi  
delicet super omnia, & amicos in Deo, & inimi  
cos propter Deum. Atque ob hoc donum istud  
amori assignatur. Sed & dono pietatis, quo vide  
licet pia sit atque deuota, & unicuique laetam  
obsequiosamque se exhibeat, & prodesse con  
etur. Vnde & donum istud affectui gaudij presta  
tur. Dono insuper timoris domini, quo videlicet

Z v semper



MARGARITAE EVANG.

semper filialem habeat Dei sui timorem, ipm̄q̄  
magis ex amore, quam timore serui, inferni vi  
delicet vel similibus reuereatur. Et ideo doctum  
istud timori impenditur. Demum & sapientia  
dono, quo eitantam interius sapientiam infun  
dit, sicque omnem in ea pudorem inordinatum  
extinguit, vt iam nequaquam erubescat nec ve  
reatur propalare laudem domini sui, quamlibet  
ob hoc ab omnibus, & specialiter ab illis qui  
subtiles sunt & intellectu curiosi, derideatur. Sic  
que sapientia, id est, sapida scientia dono reple  
tur, quod ipsum pudori tribuitur.

De octo beatitudinibus. Cap. XIII.

**D**Enique, vt & suprema pars, spiritus vide  
licet qui est nuda essentia anime, suo non  
fraudetur ornatu, ipsum ab omnibus ima  
ginibus & formis esse nudum, & in originali prin  
cipio suo commorari, atque ab omni multipli  
tate & tetationibus, quibus anima & corpus im  
pugnantur, liberum & expeditum manere oportet.  
Ideo namq; & corpus nostrum spiritualiter ec  
clesia militanti comparatur, eo quod continet,  
quandiu viuit, a prauis inclinationibus suis im  
pugnatur. Anima autem ecclesie victi com  
paratur, quia & carni resistere, & spiritui de  
bet obedire. Et spiritus ecclesie triumphanti ad  
aquatur, eo quod semper esse tranquillus, paca  
tus ac hilaris, et dominum Deum suum cum per  
fecta superius resignatione laudare debet. Qui e  
nim omnia dederit, simul omnia recipiet. Arque  
hoc modo spiritus noster paupertatis spiritus be  
atitudine ornandus est, de qua dominus ait. Be  
ati pauperes spiritu, quonia ipsorum est regnum coe  
lorum.



## LIBER III.

loꝝ. Et quæ est paupertas spiritus? Vt videlicet  
 omne q̄d sumus & habemus, vtimur & indige-  
 mus, non pro nostra, sed pro Dei voluntate faci-  
 amus & expendamus. Sic em̄ quasi nihil sumus,  
 & nihil habemus, & Deo fruimur & omnibus  
 alijs in Deo. Qui em̄ sic pauperes sunt, seipsos  
 funditus exierunt, vnū iam cū Deo effecti. ¶ Por-  
 ro, vt & anima beatitudinis spūs particeps esse  
 possit, sequētes alias septē beatitudines ei tribue-  
 mus. Beati mites, qm̄ ipsi possidebunt terrā. Sic  
 nāq; viratiōali mites huiusmodi seipsos regere  
 debent, vt nequaq; de illatis sibi iniurijs vel qui-  
 buslibet aduersis doleant, & tūc terrā posside-  
 bunt, q̄ nimirum quadruplex est: Proprijs videli-  
 cet corporis sui, quod ei subditum erit. Et terra  
 corporis proximorū suorum, quā Deū faciet in  
 pace possidere: & qcquid Christus nobis p̄ hu-  
 manitatē suā in terris promeruit: & demū post  
 hāc vitā terra glorificati corporis Christi. ¶ Bea-  
 ti mūdo corde, qm̄ ipsi Deū videbunt. Ita nāq;  
 vis cōcupiscibilis munda esse debet, vt nihil ap-  
 perat, q̄d cor maculare possit. Et tunc anima be-  
 ata est & apta videre Deū deorum in Sion, hoc  
 est, in semetipsa. ¶ Beati pacifici, qm̄ filij Dei vo-  
 cabuntur. Sic etem̄ irascibilē suā cōprimere stu-  
 debunt, vt sine causa nullatenus irascant, q̄ sic in-  
 terius quieti p̄maneant, vt Deus in ipsis gescere  
 possit, cuius locus in pace factus est. ¶ Beati q̄ lu-  
 gent, qm̄ ipsi consolabunt. Cum em̄ ab alijs irri-  
 dentur ac despiciuntur, per compassionē eis ex  
 corde condolere, eorūq; damnū, quod sibiipsis  
 inferūt, lugere debent. Non em̄ vult Deus, vt ali-  
 quis propter nos peccet, sed magis vt inuicē be-  
 neficiamus. Neq; tamen si ab alijs irrident, ideo  
 bonum



MARGARITAE EVANG.

bonum aliquod ex mala verecundia omittere debent: & tunc in luctu & pressura sua cōsolabuntur. ¶ Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Ex amore nanque Dei sanctam, virtuosam & iustam vitam appetent, quatenus et iustitiam amare, et iniquitatem odio habere possint: sicq; a Deo in æternum benedicere mereantur. ¶ Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cōsequentur. Hic sane admonetur, quod hilariter & liberaliter ea, quæ illis a Deo concessa sunt, quæque proximis in corpore & anima necessaria sunt, illis impartiri debeant. ¶ Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Vbi docentur neque odire debere eos qui mala inferunt, sed sequi potius euangelicum illud domini consilium, dicentis: Benefacite his qui oderunt vos. Orate pro persecuentibus vos: Qui ergo sic propter iustitiam patiuntur, illi regno Dei hic per fidem in gratia, & postmodum per speciem in gloria perfuerunt.

Qualiter anima virtutibus exornetur.

Cap. XIII.

**P**orro, ut ad hoc, de q̄ dicere cœperamus, revertamur, ad cōparationem videlicet spiritalem hominis cum templo, super firmam illam petram Christum (qui Deus est & homo) superædificare nos oportet. Super hanc (inquam) firmam petram et immobilem deitatis montem superædificare debemus, ita videlicet ut humanitas nostra in deitatem ingrediatur, & per deitatis adiutorium humanitatem Christi sequatur. Sane quisquis super hanc petram & hunc mon-

te m



### LIBER III.

rem solidissimum ædificat, illeroboratur atque firmatur, neque mouetur in æternum. ¶ Porro, templum hoc secundum triplicem sui partem, etiam triformi virtutum distinctione ornandum est. Et primo virtutibus theologicis, in suprema portione: virtutibus cardinalibus, in media: et virtutibus moralibus, in infima. Et quidem suprema pars, ipse videlicet spiritus (qui summo altari cõparatur, in quo sanctum sanctorum continetur) tribus virtutibus theologicis deceter ornari debet, fide videlicet, spe & charitate. Quarum fides in memoria consistit, vtpote quia credimus in Deum patrem, quod sit ipse fontalis Deus: in Deum filium, quod sit splendor paternæ gloriæ: in Deum spiritum sanctum, quod sit patris dulcedo, & amabilis nexus amoris patris & filij. Spes vero est in intellectu, quia videlicet speramus in Deum filium, quod per sanctissimam passionem suam (per quã omnes ab æterna morte redempti & liberati sumus) nostri miserebuntur: ita tamen si pro modulo & viribus nostris ipsum sequuti fuerimus. Sic enim & non alias, firmam in ipso spem & fiduciam habere poterimus. Charitas demũ in voluntate consistit: quia videlicet Deum spiritum sanctum amare, & ab ipso nos duci ac regi permittere, vnusq; cũ Deo spũs effici debemus. Et sic a patre confortamur: a filio docemur, et agimur a spiritu sancto. Atque hæ tres virtutes theologicæ spiritũ intus enutriunt. ¶ Media vero pars, anima videlicet quæ choro assimilatur, virtutibus cardinalibus exornanda est: quarum tamen prima, iustitia videlicet spiritui applicatur, & specialiter voluntati, quo scilicet ipsa voluntas fortiter in Deo persistat.



MARGARITAE EVANG.

stat, & unicuique quod suum est, iuste tribuat.  
 Secunda, scilicet temperantia, concupiscibili affi-  
 gnatur. Tertia vero prudentia rationali tribui-  
 tur, ut videlicet ipsa prudens sit sicut serpens, &  
 simplex sicut columba. Quarta denique fortitudo  
 irascibili coniungitur, ad reprimendū ipsam,  
 quo & malo resistat, & bona quæq; viriliter ag-  
 grediatur. Et hæc quatuor virtutes comparantur  
 cardinibus quatuor, quibus valvæ hæret ex qua-  
 tuor aduncis seu turriculis, adeo firmiter lapide  
 siue ligno postili infixis, ut cardines vna eū val-  
 vis ex eis pēdeant. Valvæ hæc siue ianua hæc my-  
 stice Christus est, cuius primus cardo, iustitia vi-  
 delicet ipse in voluntate suspensus est. Secun-  
 dus, temperantia eius, in concupiscibili. Tertius,  
 prudentia illius, in rationali. Quartus, fortitudo  
 ipse, in irascibili. Et hæc ianua aperitur & clau-  
 ditur: quo nimirum significatur, quod per me-  
 ta ipse in diuinitatem ingredi & deifici fieri, at-  
 que eisdem, quibus ornatus erat ipse virtutibus  
 exornari, ipsumque interius sequi in spiritu, &  
 exterius humanitatem eius & omnia in ipso, per  
 ipsum & cum ipso perficere debeamus. Taliter  
 ergo in anima quatuor exornari virtutibus car-  
 dinalibus conemur, quæ nimirum animā corro-  
 borant, atq; in Deo confirmant, stabiliuntque.  
 Infima demum portio, corpus videlicet quod  
 communiore ecclesiæ parti comparatur, moralibus  
 virtutibus exornandum est, obedientia vi-  
 delicet, castitate, patientia, humilitate, honestate,  
 verecundia, sobrietate, pietate, & cæteris.  
 His nanque virtutibus corpus decenter orna-  
 tur.

De



### LIBER III.

#### De nouem choris angelorum.

##### Cap. XV.

**I**nsuper cum nouem esse angelorum choros manifestū sit, cuiuslibet hominis parti tres chori assignantur, per quos & defenduntur. Quippe, cum beatissimi illi spūs nostri sint auxiliarij, nobisque nocte ac die assistant, quatenus eum quem nequam angeli perdiderunt, locum aliquādo possidere valeamus. Sane ipsi angeli semp contēplantur speculum summe Trinitatis ipsoque perfruuntur, & nihilo minus semper etiam continuum quendam ad nos respectum habent; semperque in diuina præsentia essentialiter permanent, & in nobis distinctis actibus operantur. At tamen ipse Deus longe nobilius & multo magis proprie, sine intermissione in nobis operatur. Porro, nouem isti angelorum chori tres hierarchias constituunt, singulis hierarchijs tres choros subiiciendo. Et quælibet hierarchia specialem ac distinctum habet respectum ad tres illas, quæ in homine sunt, partes: quarum vna est corpus & homo noster exterior, altera intellectualis & rationalis anima, tertia spiritus siue mens deiformis. Atque hæc tria in vno sunt homine, & angeli omnes specialem ac singularem in eis operationem suam habent. ¶ Vt enim de hierarchijs dicere incipiamus, infimi primi hierarchiæ angeli dicuntur, qui exteriori homini inserviunt, ipsum admonent, custodiunt ac dirigunt ad omne bonum & opera virtutum, & a malignorum spirituum, qui nobis iugiter insidiantur, tentationibus cōseruant. Suntq; nobilissimi



MARGARITAE EVANG.

bilissimi spiritus isti prope nos, & vndique nos  
 circumdant, suadentes vt malum fugiamus, &  
 bonis actibus insistamus, atque praecepta De  
 seruemus, futurum alioqui dicentes, vt male pe  
 reamus, & districtum iudicem habeamus. Sicq  
 timore nobis assistunt, ne aliquid illicitum pe  
 petremus, atque ad ipsorum primum ordinem  
 peruenire possimus. Secundus chorus est archa  
 gelorum, qui circa nos existentes, consulant  
 docent nos, qualiter Deo ex amore seruire, eius  
 consilia sequi, atque pro naturalibus virtutibus  
 acquirendis insudare debeamus, quatenus alio  
 ipsorum choro adiungi possimus. Tertius cho  
 rus Virtutum est, qui nos admonent & conuolunt,  
 vt in nostris exercitijs discreti & ordinati  
 simus, ne corpus nostrum per indiscretionem dis  
 struamus, sed vt ad plura ac nobiliora opera  
 duci, sicque ad tertium ipsorum ordinem per  
 gere valeamus. ¶ Secunda hierarchia diligenti  
 habet respectum ad aliam hominis partem, ani  
 mam videlicet rationalem. Atque in hac prima  
 Potestatum nomen sortiuntur, qui malignos spi  
 ritus coercent ac reprimunt, ipsamque frigiditatem  
 vim irascibilem refrenant, quatenus tranquillitas  
 & miris existat. Quorum si anima consilium  
 quuta fuerit, ipsorum quoque choro quarto inter  
 tur. Secundus chorus Principatum nomine de  
 signatur, qui concupiscibili suadent vt omni  
 bus mundi delectationibus & concupiscentiis  
 resistat, quatenus Deus in ea pacem & delectationem  
 habere possit, sicque faciendo ad quintum  
 ipsorum ordinem peruenire queat. Tertius cho  
 rus Dominationum habet vocabulum, qui rationem  
 onem instruunt eisque suadent, vt ad bona omnia  
 cu



LIBER III.

cunctasque virtutes & illuminationem diuinam  
 sese conuertat, & patientiam seruet, si forte pro bo-  
 nis actibus suis persecutiones patiat, ac contra-  
 rius & aequitatem affligat: oretque fideliter pro ma-  
 lefactoribus suis, & pacem cum omnibus seruare ac  
 reparare conetur. Sic enim Deum in ea sedere dele-  
 stabit, cuius locus in pace consistit, et ad sextum  
 hunc Dominationum ordinem peruenire valebit.

¶ Tertiae hierarchiae spiritus continue circa su-  
 premam spiritus portionem, ad vniendum ipsam cum  
 Deo perseverant. Porro, huius hierarchiae chorus  
 primus nomine Thronorum exprimitur, eo quod  
 sedilia sunt, in quibus Deus ipse sedet & quiescit.  
 Hi in intimo fundo operantur, & voluntatem no-  
 stram ad permanendum semper immobiliter in Deo,  
 & neque ad dexteram, neque ad sinistram ab eo recedendum  
 confortant. Quorum dum consilia voluntas sequitur,  
 & ipsa Thronus efficitur, in quo Deus ipse  
 quiescit, & Deum in ea habitare & omnia eius  
 opera intus exteriusque perficere delectat. Vnde  
 & ipsa totaliter in suo fundo immobilis efficitur,  
 atque in diuina pace & fruitione collocatur. Ete-  
 nim fundus illius interior in Deum conuersus ac  
 que ipsius sorte & regale solium siue Thronus est  
 effectus, ita ut iam neque prospera, neque aduersa pa-  
 cem eius essentialem (quae locus est Dei) perturbare  
 possint. Et sic ad septimum hunc Thronorum ordi-  
 nem anima conscendit. Secundus chorus Cherubin  
 appellatur, qui specula lucidissima existentes, in-  
 tellectum illuminant, & fundum hominis deiformi  
 lumine suo illustrant irradiantque. Ex qua irra-  
 diatione tantum luminis intellectui praestatur, ut  
 etiam omnibus hominibus satisfacere possit. Ter-  
 tius chorus Seraphin nomen accepit, qui velut  
 A A arden-



ardentes sunt faculæ pleni amore diuino, quique  
 memoriam adeo fecundam reddunt, adeoque dilata-  
 larant, vt quasi cælo & Deo ipso ex ardentissi-  
 mo amore frui videatur, a quo etiam statim ab-  
 sorbetur, & in seipsa velut annihilatur. Ideoque  
 merito talis homo cælum dici potest. Nam De-  
 us in ipso, & angeli in circuitu eius sunt. Est &  
 paradysus: quia nimirum Deus omnipotens adeo  
 animam sua diuinitate profluxit, vt quasi sole  
 amicta, instar prothoplasti in paradiso, videat-  
 tur: imo & spiritus cœlestis & angelus terre-  
 stris merito dici potest, vtpote qui semper Deo  
 vnitus & vnus cum eo spiritus effectus est, qui-  
 que a Dei spiritu agitur, cunctisque tam bonis,  
 quam malis indifferenter inseruit, & cum ange-  
 lis semper in Dei præsentia perseuerat. Ideoque  
 & cum ipsis confirmari, & assicurari mere-  
 tur.

Quantas diuitias anima mortificata experi-  
 riatur. Cap. XVI.

**S**A NE dicere possunt homines istiusmodi  
 cum Apostolo: Certus sum enim, quia ne-  
 que mors, neque vita, neque creatura alia  
 poterit nos separare a charitate Dei. Et alibi:  
 Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Chri-  
 stus. Etenim sibiipsis perfecte mortui, Deum in  
 se viuentem habent: vnde nec mortem aliquam  
 timent, & ab omnibus sese nudarunt. Ideoque ni-  
 hil eorum quæ maligni spūs in morte eius immitte-  
 re siue proponere possent, eos grauat. Sed & ele-  
 mentali paupertate refulgēt, qua se pauperiores,  
 quam cum nascerentur, sentiūt. Vnde nec aliquā pre-  
 sumptionē siue vanā complacentiā de quibuslibet



bet eos: bonis operibus hostis antiquus eis ingere potest: quippe quod certo certius sciunt & credunt, si quid forte bene actum est, non se, sed dominum potius hoc fecisse. Insuper culpas suas & negligetias omnes per merita Christi passionemque diluunt & abstergunt, sequuntur ipsos intra seipsum in nudam aeternam essentiam (quam nulla unquam creatura attingere potuit, quam Dei propria est habitatio) convertunt: sicque excessum quendam in Deum faciunt, ubi viam illam, semitamque compendiosam atque in Deum accessum addiscunt. Ideoque nequaquam in hora mortis suae viam huius ignorantia terrent. Cumque sic in Deo sint, ut quisque eos tetigerit, Deum tangat, nec vitam, nec mortem timeat, nec quisquam eos superare potest, sed quicumque cum eis certare praesumpserit, ab ipsis superatur. Durum est enim eiusmodi contra stimulum calcitrare. Sane ipsi nec caelum nec aeternam vitam desiderant, eo quod Deum habeant intra se, qui est ipsa vita aeterna, in quo etiam omne desiderium, voluntatem ac intentionem suam collocarunt. **Q**UONIAM & cum Apostolo in tertium usque caelum rapti sunt. Pater enim caelestis memoriam ipsam lumine divinitatis suae trahit, ipsamque valde dilatari et caelestibus atque divinis meditationibus superfluere facit. Filius intellectum deitatis suae sapientia illustrat: quod est secundum caelum. Et spiritus sanctus voluntatem amorosa quadam dulcedine et charitatis ardore permanens, ipsam liquefieri, & in Deum fluere facit, quatenus unus spiritus & unum amoris ac pacis vinculum cum ipso fiat. Et sane nescit tunc homo talis, utrum in corpore sit, vel extra corpus (& tamen est in corpore, quod adeo spiritui subditum est, quasi rebus omnibus naturalibus mortuum foret) & in beatissima Trinitate

AA ij spe-



MARGARITAE EVANG.

speculo tam seipsum, q̄ homines vniversos, an-  
gelos quoque & beatos oēs, velut sub vno mo-  
mento, in deitatis Trinitate videt et agnoscit. Et  
pater cœlestis æternis eū delicijs suis permanet  
filius eum instruit, & omnem ei scripturam vim  
aperit: & spiritus sanctus eum ardere, & quasi  
præ amore cunctorum effluere facit, dum omnes  
ad Deum reducere cupit. ¶ Porro, homines istius-  
modi mundo sunt incogniti & occulti: quippe  
qui nil cum eo commune habent. Incogniti quo-  
que sunt & parui penduntur ab illis, qui in ma-  
gna districtiōe viuunt, eo quod ipsi corpori  
suam quietem & necessaria tribuunt, quo melius  
spiritui seruire possit. Illos etiā latēt, q̄ exteri-  
us aliqd sanctitatis habere videntur, & propria  
quædā atq; a se assumpta etiā dura exercitia re-  
nent. Nihil enim isti siue intus, siue exterius pro-  
prietatis habent, sed semper stant resignati, diu-  
namq; inactionem obseruantes, hoc solum ante-  
dunt, quid illi siue in eis, siue per eos placet ope-  
rari. Et intus quidem domino, foris autem homi-  
nibus obediunt obtemperantque: cunctaque  
exercitia sua, quando Deo & hominibus placu-  
erit, deserere semper sunt parati. Iphis quoque  
immundis spiritibus incogniti sunt, eo quod nul-  
lam peculiarē consuetudinē a se assumptā (vnde  
ab ipsis notari vel etiā tentari possint) habeant,  
sed semper in dñm Deū suū, q̄ est absq; omni mo-  
do, refugiāt. ¶ Atq; hoc modo oibus (velut autē  
in terra) sunt absconditi, illis duntaxat notī, q̄ in  
fundo suo stant nudi, liberi, expediti ac resignati.  
Hi sese inuicē etiā vltra mille miliaria distantes  
norūt. Licet em̄ corpore sint disuncti, spiritu ta-  
mē prorsus vniti sunt. Hi colūnæ sunt sanctæ et



clesie semperque letant. Terram namque corporis sui  
 profundentes, ad fundum usque anime, id est ad supremam  
 nudam illius essentiam partem (in qua Deus omnipotens,  
 quae amabilis, dulcis ac diuina est essentia, sese  
 uniuert) puenerunt: lucidissimumque ac rutilantissi-  
 mum eiusdem diuinae essentiae aurum, illudque, de quo Eu-  
 geliū dicit thesaurum in agro absconditum, et regnum  
 Dei intra nos existens, inuenerunt. Contingit autem  
 eis experiri istud pro meritis domini nostri Iesu Chri-  
 sti, qui nobis hoc ipsum promeruit, ut filij Dei  
 nominemur & simus, & thesaurum hunc per se-  
 metipsum nobis ostendit. Unde & ipsi tanto gau-  
 dio perfunduntur, ut nec totus mundus eos con-  
 tristari possit: nec timent aliquem, praeter eum, qui  
 animam occidere potest: quem & audiunt & se-  
 quuntur. Quae sane causa est, ut nullus eos con-  
 tristare possit. Deus autem eos contristare non  
 vult. Non enim potest amicus amicum contrista-  
 re. Porro, gaudium, pax et letitia ista omnem cre-  
 atum transcendit intellectum. Neque enim in hac  
 suprema sui portione dolore affici possunt. In qua  
 sane humano spiritui Christi (qui in acerbissimi-  
 ma passione sua non minus quam hodie exulta-  
 bat) conformantur. Et idem istud etiam in bea-  
 tissima virgine Maria fuit, quae adeo libera et laeta,  
 mentemque in Deum subleuata stetit, adeoque nihil  
 sibi gratiarum ac operum illorum, quae Deus in i-  
 psa patrabat, ascripsit, quasi mater domini non  
 fuisset: nec propter quaelibet dona vel inactiones  
 diuinas unquam vel ad momentum a superes-  
 sentiali deitatis unione separata fuit.

De cruce amicorum Dei.

Cap. XVII.

AA iij

Et



**E**T quamuis amabiles homines isti tanta il-  
 beritate & pace in spiritu perfruuntur, at-  
 tamen in inferiori animæ parte duram nimis  
 & grauiſſimam cū Christo pœnam & crucē su-  
 ſtinent. Iam enim in ſeipſis ſentire & agnoſcere  
 incipiunt, quod & Chriſtus Ieſus ſenſit. Porro,  
 ineffabilis pœna & crux iſta hinc eis prouenit,  
 quod regnum Dei & theſaurus ille (quæ omni-  
 bus quidem inſunt hominibus) a tam pauciſſi-  
 mis exercentur atq; cognoscuntur: vnde fit, vt  
 nec in ſeipſis ea experiantur. Idq; non ſolum in  
 ſecularibus, ſed & proh dolor in religioſis: qd  
 circo nullum in vita ſpirituali profectum alle-  
 quuntur, ſed cōtenti ſunt exteriores illas conſue-  
 tudines ſtatutaq; exercitia tenuiſſe, & vtunq;  
 adimpleſſe. Vnde conſequenter magnam inte-  
 rius acediam atq; teporem incidunt: quibus nihil  
 iā reſtat, niſi vt Deus oīpotens ex benedicto ore  
 ſuo, id eſt, gratia & amore ſuo ipſos euomat, &  
 ſeuiffimis purgatoriij tormētis (vbi dæmōes ha-  
 beant tortores) immergat. Quod ſane dolorem  
 incomparabilem prædictis Dei amicis generat,  
 dū ea oīa facile in hac vita præuenire, & magnū  
 in ſuper fructū ad hunc ſeſe theſaurū abintra con-  
 uertendo, facere poſſent. Quiſq; em̄ ad eum ſeſe  
 cōuerterit, ab ipſo ſine dubio illuminat, dicitur,  
 inſtruiturq;. Deniq; crux iſta amicorū Dei cor-  
 nua quatuor, id eſt, quadruplicem pœnā ſiue pa-  
 ſionem habet. Et quidem primū ac ſuperius cor-  
 nu eſt, q; quanto Deo viciniuſ appropinquant,  
 tanto melius Dei erga omnes homines charita-  
 tem ſentiunt & agnoſcunt: quō videlicet omni-  
 bus hoībus vti deſiderat, & vix in pauciſſimis  
 obtinere poteſt. Secundū vero & inferiuſ cornu  
 eſt,



est, q̄ videlicet agnoscūt q̄ inestimabiles pœnas  
sustinere cogent pro eo, q̄ dñm Deū suū ita a se  
repellunt. Maxima em̄ pœna, quā in futuro sen-  
tient homines, ea est, q̄ thesaurum hunc et lucem  
(quæ Deus ipse est) intra se minime cognoue-  
runt, nec prout oportuit, exercuerunt. Tertium  
idemque dextrum cornu est, pœna illa, quam  
suorum amicorum causa sustinent, quod videli-  
cet illi non ita sese ad hunc locuplerem thesau-  
rum abintra conuertunt, vt Deus eis pro acce-  
ptissima voluntate & beneplacito suo vti pos-  
sit. Quartum & sinistrum cornu est, quod ma-  
ximam erga suos persecutores eisque damna  
inferentes compassionem habent, dum videlicet  
quantum illi per hoc sibiipsis noceant, attendūt.  
Deus nanque præcepit, vt diligamus inuicem, &  
beneficiamus alterutrum. Quod illi præceptum  
violant, & contra proximorum suorum charita-  
tē faciunt. Sic itaque amici Dei in infima portio-  
ne animæ atque in corde suo in hac cruce exten-  
duntur, & patiuntur cum Christo dño suo. ¶ Por-  
ro, præter hæc etiā ipsum corpus suū pœnam eis  
multiplicat, eo quod ad vitia multa & infirmita-  
tes tam est procliuē: quodque ipsi tantum in qui-  
escendo, comedendo, bibendo & dormiendo in-  
dulgere coguntur. Et quia hoc eos affligit, sic vi-  
delicet inseruire, & indulgere ac necessaria præ-  
bere corpori suo: ideo istud ipsum nunc eis tam  
meritorium proficuumque existit, sicut omnis in  
initio asperitas & districtio, quando corpus ad-  
huc spiritui nequaquam obtemperare volebat.  
Iam enim quando spiritui subditum & ad omnia  
bona exercitia & opera voluntarium est, ipse  
vicissim spiritus ei quoque fidelis est, curamque  
AA iij illius



illius habet, ne ei fortassis per infirmitates im-  
 pedimento sit. Cum autem corpus & spūs (quæ  
 sibi inuicem aduersari solent) ita concordēs esse  
 cti, & sibi inuicem proficui sunt, ita vt spiritus  
 dominus, & inferior animæ pars, ipsa videlicet  
 ratio vxor, et corpus sit seruus, & libenter domi-  
 no ac dñæ suæ obediât, & sicut oculi seruatorū in  
 manu dñorum suorum, & sicut oculi ancillæ in  
 manibus dñæ suæ, ita & ipsum eiisdē sit semp  
 obedire paratū: cū (inquā) hæc ita se habuerint,  
 vt videlicet tanta pax & concordia sit inter eos,  
 tunc profecto gaudiū in spiritu, pax in anima, &  
 delectatio in corpore existit. Et tūc dominus De-  
 us ita nos diuina claritate sua transradiabit, si-  
 cut sol aerem vniuersum, quando ab omni ven-  
 to, tempestate, pluuijs ac nubibus liber est atque  
 serenus. Tuncque humanitati Christi in spiritu,  
 anima & corpore conformamur. Sane quicumq;  
 tales esse potuerūt, Deo tam intime chari sunt,  
 vt in eis libentius sit, quam in ipso celo. Tale  
 namq; exercitium, quo videlicet abintra ad ipm  
 nos cum nudo ac resignato fundo conuerterimus,  
 præ magnis exterioribus exercitijs ei placet, si-  
 cut & in Euangelio videre licet, vbi Martham  
 reprehendit, & Mariam cōmendat, dicens: Mar-  
 tha, Martha sollicita es, & turbaris erga pluri-  
 ma. Porro, vnum est necessarium. Quod est illud  
 vnum? Sane libera & expedita abstractio, &  
 nudus, expeditus ac resignatus fundus. Vnum i-  
 stud oībus est necessariū, et post Deū nihil ipso  
 nobilius consistit. Nā et quodā modo etiā ipsam  
 charitatem precellit. Charitas namque hominem  
 ad Deū conuertit, nudus vero, expeditus & resi-  
 gnatus fundus ipsum Deū cū omī amabili opu-  
 lentia



lencia, libertate & gratia sua ad hominem con-  
 uerti, & in homine ac per hominem diuina ope-  
 ra sua operari, eumque sic in amore suo confir-  
 mare, & spiritum tanta intus deliciarū suarum  
 abundantia replere facit, vt ei totus iam mun-  
 dus amarescat. Et tunc ei pars illa optima, quæ  
 Deus ipse est, cum beata Magdalena etiam cum  
 assicuracione quadam applicatur, quæ nūquam  
 auferetur ab ipso. Et hoc modo vita superessen-  
 tialis, quæ Deo acceptissima est, hic obtinetur  
 ac possidetur. Et tunc gaudiū est omnipotentis  
 Deo in spiritu quiescere, pax in anima sedere, &  
 delectatio in corpore commorari. Et sane vt De-  
 us ad hæc omnibus vti possit hominibus, ipsi-  
 us voluntas est, & intentio, & desiderium. Cum  
 ergo hoc tantopere desideret, permittamus ob-  
 secro & faueamus hoc ipsum bonitati eius, nos  
 que ipsos totaliter ad eum conuertamus, rogan-  
 tes vt nos ad hoc idoneos facere, cunctisque nos  
 diuinis illis virtutibus suis, quibus anima Chri-  
 sti ornata erat in spiritu, anima & corpore no-  
 stro ad gloriam, honorem & delectationem su-  
 am exornare dignetur.

Qualiter post distractionem per fidem in-  
 trouerti debeamus. Cap. XVIII.

**D**enique quando in externis quibuslibet  
 occupationibus sumus, neque tam attentus  
 vt oportebat in nostris exercitijs fuimus,  
 ilico nos per fidem introuertere debemus, dicen-  
 do: Credo in Deum. O benedicte Deus, ignosce  
 obsecro mihi, quod tam parum deuote me ad te  
 conuertī, & tuam diuinam præsentiam non sa-  
 tis attendi: sicque ista accepta habere digneris,  
 AA v quasi



MARGARITAE EVANG.

quasi totus deuotus in tua vnione permāssimē  
 Sic (inquam) ad Deum cōuertere nos debemus,  
 priusquam ad orationem vel exercitia nostra ac  
 cedamus. Et tunc ipse sine dubio, qđ nobis expe-  
 dit & vtile est, inspirabit. Ideoq; in omni intro-  
 uersione nostra semper in prōptu habebimus di-  
 cere: **C**redo in Deū. O benedicte Deus ab a-  
 terno in te fui, & nunc tu ipse es in me. Ideoque  
 me tibi dedo, meq; tuū vere facio, vt me sic vel  
 possis, quō tunc poteras, qñ adhuc minime crea-  
 tus eram. O pater in manus tuas cōmendo spiri-  
 tum meū, teq; humiliter rogo, vt per merita hu-  
 mani gaudiosi spiritus tui, meum spiritū ita san-  
 ctū, purū & idoneū facere digneris, vt diuinitas  
 tua in ipsum, & ex ipso consequēter in aīam, &  
 per corpus meū radiare possit: idq; ad gloriā tu-  
 am. Hoc tamen nequaquā dignus sum nec dignus  
 esse potero, nisi per merita sacratissimæ humani-  
 tatis tuæ. Rogo etiā, vt per merita tristissimæ a-  
 nimæ tuæ, animā meam sanctificare, & oibus di-  
 uinis virtutibus tuis (qbus eadē sanctissima ani-  
 ma tua decorata, fuit) exornare digneris, idque  
 ad honorē tuū. Rogo deniq; vt per merita san-  
 cti vulnerati corporis tui, corpus meū ita mundū  
 & purū efficias, quō tunc erat, qñ ex baptismo  
 eleuabatur, & tam sanctū & patiens, vt tuū erat  
 sanctissimū corpus: idq; ad delectationē tuā. Itē  
 rū te rogo dñe, vt propter amorē tuū ad ista me  
 sanctū & aprum in spū, a te corpore reddas. Et  
 quia te ipsum in me recreare desideras, ecce dñe  
 Deus meus hoc i p̄m ex fundo cordis mei q̄ opti-  
 me tibi faueo, rogās & obsecrās, vt quicquid tibi  
 impedimento est, extra me & a me repellas: quic-  
 quid vero ad hoc ipsum tibi suffragat assumas,  
 meq; exornare, vestire & cibare, sicut maxime



placitū & acceptū est tibi, digneris. Omnē enim voluntatē, desiderium & curā meam in te projicio. Nō em̄ vis dñe vt me sollicitudo aliqua alia teneat, nisi ea duntaxat, ne diuinæ inactioni tuæ obicē ponam, meq; intus & exterius diligenter obseruem. ¶ Insuper om̄i tempore, quoties videlicet horam audire cōtigerit, anima sese in diuinitatem inclinare, & prout superius dictū est, per humanitatis Christi passionem orare debet. Fiet aut̄ hoc triplici mō. Primo, cū corde cōpassiuo, amorosa videlicet cōpassione. Secundo, cū subiecta aīa, & cū profundissima gratitudine, vt videlicet pro amore ipsius libenter & ipsa pati velit, quicquid ille pro ipsa sustinuit. Tertio, cum gaudio, hilari ac subleuato spiritu, qui seipsum totaliter offerat, resignet & in diuina essentia amittat ad honorem ipsius.

Deuota Euangelij illius, In principio erat verbū, de deitate interpretatio. Ca. XIX.

**C**um gloriosus Dei apostolus & Euāgelista Ioānes ab exilio Pathmos insulæ reuocatus fuisset, a populo Dei rogatus fuit, quatenus aliqua de diuinitate Chri scribere dignaretur. Dicebāt em̄ alios Euāgelistas sufficienter et dilucide satis de ipsius ex matre (q̄ eū de spū sancto, saluo virginitatis pudore cōceperat) natiuitate scripsisse, ideoq; qualiter ex Deo patre secundum diuinitatē genitus esset, scire se desiderare. Quod licet prædilectus ille Apostolus lōgo tempore facere renueret, tandē tñ id ipsum obtinuerūt. Tñ igitur negociū aggressurus, triduanum oibus ieiuniū indixit, monēs vt interim dñm rogarēt, quatenus eū illuminare dignaretur ad scribendū digne diuinitate ipsius, per quod omnes hæreses, omnis infidelitas, & error omnis ex-



MARGARITAE EVANG.

terminari possent. Quod cum illi facerēt, sanctus  
 Ioannes in suo spiritu clarissime a spiritu sancto  
 illuminatus, diuinam essentiam lympidissime  
 contemplabatur: in qua nimirum personarū Tri-  
 nitatem in vna diuinitate, & qualiter ipsa diui-  
 nitas prima sit causa, increata æternitas, prima  
 substantia & quædam dulcis, tranquilla & im-  
 mobilis quies: qualiter item Deus sit trinus in  
 personis, agnouit. Pater quidem summæ Trini-  
 tatis principium est, qui & filium suum generat:  
 ex quo simul cum patre spiritus sanctus proce-  
 dit. Pater etiam seipsum cum omnipotentia sua  
 in filio eloquitur, et filius, qui est verbum patris,  
 seipsum totum cum omni sapientia, totaque es-  
 sentia sua, in clara sui ipsius cognitione in patre  
 conuertit: atque ex hac cognitione, qua Deus se  
 ipsum agnoscit, quomodo videlicet per potentiam  
 suam omnia possit, et per sapientiam suam,  
 tam seipsum, quam omnia præterita, præterita  
 & futura sciat: inde (inquam) ardentissimus quidam  
 amor inter patrem & filium procedit. Ex hoc  
 est ipse spiritus sanctus, qui vtriusque, patris vi-  
 delicet & filij spiritus est. Tres itaque personæ  
 sunt, & vna amabilis, dulcis & diuina essentia.  
 Quæ profecto essentia ipsa diuinitas est, de qua  
 neque dici, neque scribi aliquid digne potest. Quia  
 vero beatissimus Ioannes tam alte volabat, ut  
 hanc diuinam essentiam tam sublimiter & clare  
 cognosceret, ideo & per aquilam designatur,  
 quæ super omnes alias aues in aera subuolans,  
 irreuerberata acie in ipsum solem suos defigat  
 obtutus. Et enim de diuinitate domini nostri Ie-  
 su Christi, qui est verbum patris & vnum cum  
 patre, clarissime scribit, Quod enim credimus di-  
 uinitate



### LIBER III.

uinitatem humanitati sese vnijisse, manēte ipso quod erat, & assumente quod nō erat, hoc ipsum in hoc Euangelio suo sanctus Ioannes astruit & affirmat. Quo profecto tam eas, quæ tunc erant, quam omnes alias postmodum nascituras hæreses, & infidelitatem omnem destruxit atq; subuertit. Ideoq; Euangelium istud omnes intelligere conemur, ipsumq; sæpius deuote legamus: q̄p̄pe quod ad omnem expellendā infidelitatem, & deceptionem inimici est efficacissimum. Præcipue tamen in mortis articulo & necessitatibus legendum est.

#### Sequitur expositio.

**I**N principio] id est, in diuina origine, [erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum.] In principio erat verbum. Principium istud diuina est essentia siue deitas ipsa, Trinitatem in sese continens personarum, quæ tres personæ non nisi vnus in eadem deitate sunt Deus, & persona qualibet deitatē ipsam habet in semetipsa: nec est vna persona maior siue potentior, sapientior siue benignior quam sit alia. Patri vero potentia ascribitur, eo quod ipse summe nobilissimæq; Trinitatis principium est: filio sapientia, quia per eum pater seipsum & omnia cognoscit: spiritui sancto bonitas, eo quod ipse charitas est Dei, per quam pater & filius omnia condiderunt, et condita in esse quotidie conseruant. Et horum trium nihil alter sine altero extra se operatur. Vnus nanq; Deus sunt & vna dulcis, amabilis ac diuina essentia, quam nemo intelligere potest. Et ipsa est principium & prima sub-



MARGARITAE EVANG.

ma substantia, ex qua oia emanarunt. In principio erat verbum et verbum erat apud Deum. Per verbum istud, Christum Iesum dominum nostrum intelligimus, quod est verbum patris eterni, quod de corde patris non profluxit. Qui idcirco verbum Dei dicitur, quia per ipsum suam nobis Deus voluntatem innotescit. Et Deus erat verbum. Hic manifeste intelligimus Christum Iesum verum esse Deum, cuius diuinitas humanitati sese uniuert. Diuinitatem itaque in humanitate adoramus, atque petentes credimus, quod per meritum humanitatis suae (per quam nos ab aeterna morte redemit) libenter nos exaudiet. Et notandum, quod alij Euangelistae domini nostri Iesu Christi temporalem natiuitatem clare satis descriperunt. Hic vero S. Ioannes Euangelista ipsum secundum deitatem suam ante omnia secula fuisse denunciat, dum ait: In principio erat verbum. Quo nimirum verbo Christum Dei filium significat. Ipse enim ante omnia tempora, priusquam motus fierent, aut formaretur terra & orbis, siue creatura quaecumque alia, in patre fuit, unumque cum ipso in eadem natura secundum deitatem existens, oia cum ipso & spiritu sancto suo creauit ac fecit. Ipsum insuper verum esse Deum S. Ioannes aperte declarat, dum ait: Et verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Oia per ipsum facta sunt. Patris namque potentia per filium sui, qui verbum eius est, sapientiam, & vtriusque amoris, qui spiritus eorum est, coelum & terram, & omnia quae in eis sunt, condidit. [Et sine ipso factum est nihil.] Pater namque, & filius & spiritus sanctus vnus sunt Deus, & ideo nihil vnus sine alio operatur, sicut nec memoria aliquid sine voluntate cogitat & intellectu, per quae Dei similitudinem habemus, in quibus est Dei imago, quae est spiritus



## LIBER III.

spūs noster, suprema videlicet pars animæ no-  
 stræ, quæ ex Deo emanauit, & in ipso permanet,  
 & ad ipsum continue anhelat. [Quod factū est,  
 in ipso vita erat,] Omnia enim (sicut iam dictū  
 est) per bonitatem, potentiam & sapientiam su-  
 am creauit. Et hæc in ipso vita erant, id est, in  
 voluntate ipsius erant vt faceret ea, & in sapien-  
 tissimo intellectu ipsius ideata erant, qualia esse  
 deberent, antequam fiebant: & in memoria &  
 amore ipsius erant, priusquam ea plasmarer. O-  
 mnium nanque formator est Dei filius, qui est  
 verbū patris, per qđ vnicum vnum verbum su-  
 um pater per spiritum sanctum suū omnia cre-  
 auit. Et quum facta essent omnia, vidit Deus  
 quoniam erant bona valde, & delectabatur in  
 eis. Cernebat nanque seipsum in eis, potentiam  
 videlicet suam, qua ea conseruabat: sapienti-  
 am, qua suum cuique locum disponebat: & bo-  
 nitatem, quam eis fruendam exhibebat. Sic er-  
 go Deus est ens entium, lux lucis, & vita vitæ.  
 Sane arbores, herbæ & lapides, sunt, viuunt, sed  
 non sentiunt. Bestiæ quoq; & volucres cœli &  
 pisces maris, & quæcunq; vitam habent, sunt,  
 viuunt, & sentiunt. Homo vero nobilis creatu-  
 ra, est, viuunt, sentit, & cum angelis intellectu ra-  
 tionali pollet. Et quidem Deus omnipotens v-  
 namquamque creaturam suam exornauit donis  
 suis. Terram videlicet floribus & herbis, arbo-  
 res diuersi generis fructibus: aues multicolori-  
 bus pennis: bestijs terram, & piscibus mare do-  
 nauit: quibus & pinnulas ad natandum tribu-  
 it. Homini vero diuinitatem suam largitus est,  
 vt ipse eum cognosceret, cognitum diligeret,  
 dilecto in perpetuū frueretur. Sed & omnia præ-  
 dicta



## MARGARITAE EVANG.

dicta pro hominis utilitate creavit. ¶ Et vita erat lux hominum, ¶ Vita hæc Deus filius est, qui est sapientia & lumen patris. Et lumen istud lux hominum est, de qua anima vivit. Lux etenim ista Deus ipse est in anima, qui & habitat in ea in nuda essentia ipsius, in luce inaccessibili, quæ nemo nisi beatissima Trinitas ingredi potest. ¶ Et lux in tenebris lucet, ¶ Lux quippe diuina, quæ est ipsemet Deus, in tenebris lucet, id est, in ipsa nuda essentia, in ipsa vita, in ipsa mente, per quam anima Deo simillima est. Cum ergo anima huic sese luci coniungit, credens ipsam Deum esse, sequiturque & obseruat eam, tunc ipsa in anima operatur, purgatque omnes vires illius & primo eam gradui suo restituit. Quod facit per seipsum nullo labore, nec quibuscumque bonis operibus obtinere quis potest, quævis enim plurimum ad hoc hominem disponant. Abnegare vero seipsum homo debet, credendo firmiter Deum intra se existere, qui & libenter ipsum adiuvare (si deprecatus eum fuerit) & libenter in ipso operari velit, si locum ei tribuerit. Ista namque fides animam vivificat, & ipsam in Deo, & Deum in ipsa vivere, eamque quæ nihil ex se potest nec prævaleat, cognoscere facit. Unde & ipsam in fundum suum (in quo nil nisi defectus & vitia inuenit) immergit atque demittit, nequa aliqua sibi ex his, quæ facit bona, ascribit. Iam enim certissima fide credit Deum intra se existentem, bona illa omnia operari. Et per hoc in vera spiritus paupertate perseverans, quam nihil sit attendit, sequitur ipsam in divinam essentiam, quam intra se esse firmiter credit, projicit. Nihil quæ se scire fatetur, quia totum hoc, quod de Deo natus, et



## LIBER III.

uit, eidē aſcribit. In tali ergo annihilatione Deus a ſeipſo cognoscitur, fruiturq; ſeipſo. Anima vero totaliter abſq; forma efficitur, non quod eſſe creatū amittat, ſed quia in diuinā eſſentiā eſt trāſformata, & præ cognitione fit abſq; cognitione: quia latiffimū illud & increatū bonum cognoscit, quod comprehendere non poteſt, fitq; Deus in ea innominabilis: quia videlicet hic clare intelligit, q; omnia illa ſublimia nomina, & quicquid vſq; de Deo ſcriptum eſt, nequaquā Deum exprimere poſſint, nec eſſe ea ipſum, ſed Deum illa omnia longe transcendere. Vnde iam anima ipſa in diuinitatis admiratione ſuſpēditur. ¶ Et lux in tenebris lucet, ¶ id eſt, lux increata creatā animæ eſſentiā irradiat, & omnes vires illius in eandem lucem, hoc eſt, in ſe tranſponit. Et hic ipſa abſque voluntate efficitur, cogitans, qualiter Deo eius duntaxat voluntatem ſequendo, gratum aliquid facere poſſit. Fit & abſque intellectu, quia ille diuina fit contemplatio. Memoria etiā illius ſapida ſciētia efficitur, per quam quicquid ſcriptura ſacra continet, addiſcit. Concupiſcibilis eius, diuina fit fruitio, quæ hic iam in ipſa inchoatur, & illic perenniter perſeuerat. Et hæc eſt prælibatio quædam ſiue præguſtus vitæ æternæ, quam quantum hic cognoscimus, amamus & fruimur, tantum in futuro æternaliter habituri ſumus. Denique hic omnes vires animæ ſuo loco, id eſt, primæ ſux puritati, in qua condita ſuerunt, per lucis illius irradiationem inactionemque reſtituuntur. Porro, ſi lux iſta, quæ profecto Deus ipſe eſt, in anima debeat operari, neceſſe eſt, vt ipſa ſundum ſuum ab omni delectatione peccati mundum cuſtodiat. Et

BB quia



## MARGARITAE EVANG.

quia proprijs viribus suis nullum malum vitare potest, Deū omnipotentē cum humili suae potentiae agnitione continue rogabit, vt aptare se facere dignetur ad gloriam suā, quatenus operari in ea valeat diuinum opus suum, ad quod ipsam creare dignatus est, vt videlicet ipsum cognosceret, & amaret, ipsoque fruere: aeternum verbum suum, quod vnū cum ipso est, in clara quadam diuina cognitiōe in ipsa producere possit. [Et tenebrae eam non comprehenderunt.] Per tenebras, peccatores intelliguntur, qui dum prauas delectationes suas sequuntur, in eius diuinæ gratiæ nequaquam lucere potest. Sicut enim sol iste visibilis radios suos ad ea loca, quibus impeditur, diffundere nequit: sic & Deus omnipotens in maleuolam animam & corruptum subditum peccatis radiare nullatenus potest. [Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes,] Baptista videlicet domini, qui plenus gratia Dei, & repletus spiritu sancto fuit et vtero matris suae. [Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine.] Hoc testimonium perhibebat Ioannes, quum diceret: Veniet fortior me post me, qui ante me factus est: cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius. [vt omnes crederent per illum,] id est, per prædicationem ipsius. [Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.] Licet enim vltra omnes etiam dominum testimonio magnus esset Ioannes, in huius tantae comparatione lucis seipsum velut arundinem vento agitatum reputabat. [Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.] Deus namque omnipotens, qui est lux



LIBER III.

ista, omnem sine exceptione hominem illustrat. Omnes enim illius intra se imaginem habent: veruntamen non cum omnibus amicitias iungit. Illos enim duntaxat amicos suos reputat, qui vere fideles & Christiani homines existunt. [In mundo erat, & mūdus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.] id est, mundani homines, qui in seculi voluptatibus viuūt, [In propria venit.] id est, in animam, quæ propria est habitatio ipsius. [Et sui eū non receperunt,] id est, Iudæi, qui electus erat populus ipsius: & Scribæ ac Pharisei, qui religiosi videbantur, sed non erant. [Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.] Omnibus enim siue Iudæis, siue gentibus qui eum receperunt, & in eum crediderunt, gratiam & potestatem dedit filios & hæredes Dei fieri. [Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.] Hi sunt præelecti filij Dei, quos Deus prædestinauit antequam fierent, qui ad ipsum per fidem, spem & charitatem conuertuntur. De quibus filiis ipse ait: Deliciæ meæ esse cum filiis hominū. De illis vero, qui a Deo sponte auersi, carnem & sanguinem & prauas voluptates suas sectantur, idem ipse dominus ait: Pœniter me fecisse eos, videlicet propter æternum recessum eorum a me. Et: Quid mihi cum homine? Non manebit spiritus meus in homine in æternū, quoniam caro est. De alijs vero iterum ait: Misereor eorum, quoniam caro sunt. Et: In perpetua charitate dilexi te, ideo attraxi te miserans, assumendo videlicet pro te carnem & sanguinem. [Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis,]

BB ij Ver-



MARGARITAE EVANG.

Verbum istud Deus ipse est, qui cœlum fecit & terram, qui propter nos humanam naturam, corpus videlicet, animam, carnem & sanguinem assumpsit, quo per sanctissimam humanitatem ipsam reduceret nos ad deitatis suæ fruitionem.

¶ Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis. Beatus ne dicere potuit sanctus Euangelista Ioannes, vidisse se gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, id est, cum quo per omnia unum existeret, licet ipse ait: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Unigenito siquidem omnia patris bona omnesque diuitiæ debentur, potestasque vultu suo voluerit, eas impartiri. Vnde & ipse libentissime nobis impartiri vult regnum suum, si ipsum sequi voluerimus. Plenum gratiæ. De profunditate enim gratiæ illius nos omnes gratiam accepimus. Et veritatis. Quia nullum unquam mendacium repertum est in eo.

Qualiter ad exemplar gloriosæ virginis  
Deum in spiritu & veritate adorare  
scemus. Cap. XX

**T**Ribus modis gloriosa Dei genitrix Deum unum et verum adorabat. Primo, in veritate de per dilectionem operante. Quæ etiam cognitionem suam in tam profundam humilitatem deiecit, ut de secretis Dei nihil amplius, quam quod sibi reuelabatur, scire appeteret. Secundo, seipsam eadem revelatione indignam iudicabat. Tertio, tam velociter propria erat ad omnes Christianæ religionis ceremonias & opera quamlibet simplicia, quam si nullis unquam virtutibus sese exercitasset. Nam et naturalē scientiam suam adeo lumini sanctæ fidei subiecit.



## LIBER III.

ciebat, viresq; suas adeo profunde humiliabat, ut necessario lumē fidei multo amplius, q̄ creatū lumē in ea luceret. Et hinc facile colligi potest, cū quāta fidei plenitudine vnicū Deum suū adorabat. Quē nihilo minus secundo etiā cū spe firmissima & vera adorabat, utpote q̄ nunq̄ de diuina ipsius bonitate diffidebat. Magis aut̄ in omnibus, q̄ ipsum rogabat, quod optimū foret, ipsum facturū confidebat. Ideoq; & oēm orationē suā diuinæ bonitati ipsius cōmendabat, quatenus ipse eā iuxta gratissimū, & sibi honorificē tissimū beneplacitū suū dirigeret, ad hoc ipsum totaliter perfectā ac humili resignatiōe oēm voluntatē suam resignās. Sed & in hoc apparet cū quāta spei magnitudine vnicū Deū suum adorabat. Quia cū pro solo pane q̄tidiano cœlesti patri suo supplicabat, in eo ipso simul oēs curas suas, & qcquid agere vel dimittere debuisset, tota spe et fiducia eidē cōmendabat. Deniq; tertio cū perfectissimo amore ipsum adorabat: quippe q̄ nullius vnq; exterioris creaturæ dilectione tenebatur. Vnde nec vllā aliq̄ cuiuscunq; imaginis incidentiā in corde suo patiebatur, vñ amor eius erga Deū imminueretur. Porro, inde pictum ac purū quendā amorem cum Deo habebat, per quem oīa in ipso quodā æterno ac increato amore diligebat. Sed & omnes vires suas in interiorē fundū suū (in quo diuinitatis imago latet) introvertebat, & in interiori animæ suæ templo morabatur, conuertens in ipsum oēs vires suas, inibiq; adorās vnicū filium suū in spū & veritate. Quæ nihilo minus agnoscens, quam nō posset eum digne ac perfecte laudare, rogabat eū, quatenus seipsum in ipsa laudare dignaretur.

BB ij Ideo.



MARGARITAE EVANG.

Ideoq; verissimum est, nunquam cor illius extra Deū sese extrouertisse: q;pe cuius fundus ac interiora tā deiformia erāt, q; si quis cor eius inspice potuisset, Deū ipsum in omni claritate sua Deiq; filiū ab ipso genitū & procedentē ab utroq; spūm sanctū inibi essentialiter contēplatus fuisset. ¶ De qua gloriosa virgine etiā hoc scia dū est, qd nunq; verbū aliquod proferebat, nisi prius seipsam intrans, tria hęc p̄cogitaret. Primo, an loquutio eius necessaria foret. Secūdo, an sine scandalo loqui posset. Tertio, an ad gloriam Dei loquutio sua pertineret. Quibus simul p̄cogitatis, cum omni humilitate loqui inciperebat: & in ipsa loquutione tria diligentissime obseruabat. Primo, quod semper mansuete loquebatur, nec vllum vnq; asperum verbum proferebat. Secundo, a morosum in loquendo vultū gestusq; p̄ferebat. Tertio, breuissime semper omnem loquutionem suam absoluebat, non vltima respondēdo, & oēm prorsus ociosum ac superfluum sermonē deuitādo. ¶ In qua etiā hoc notā dū est, q; nunq; in oratione sua Deū noiabat, quin nomen ipsius cū magna gratitudine in oibus, q; ei accidebāt, benediceret ac honoraret: nec ipm aliquū nominare p̄sumpsit, nisi tria in sese haberet. Primo, timorem filialem: secundo, profundam humilitatē, qua se ineffabilem Deū nominare indignam iudicabat. Tertio, diligentē reuerentiā. Deniq; cum his tribus in spū in seipsa ad honorabiles pedes dñi procidebat, q; tres nomen illius in oratione proferre debuisset: & tunc cum multo timore filiali, & ingenti humilitate sanctissimum nomen summi Dei proferebat.

Qualiter virgo gloriosa in oratione sese habuerit,



## LIBER III.

buerit, &amp; ad eam sese præparauerit.

## Cap. XXI.

**I**nemerata quoque Dei genitrix, tria ante orationem, & tria in oratione sua obseruabat. Primo namque ante orationem suam, totum animum suum ab omnibus exterioribus formis & imaginibus introrsum trahebat, & totaliter collecta stabat. Secundo, quoniam magnus, quamque sublimis esset dominus, quem adoratura erat, præcogitabat. Tertio, sui ipsius nihilitatem, & ut sibi videbatur, inutilitatem attendebat. Quibus præmissis, cum profunda humilitate ad pedes domini sese prosternebat, & primo per modum abiectiois in vera humilitate, secundo, cum sedulo ac ardenti desiderio, & tertio, cum vera cordis sui resignatione (non ut quidam, qui ut eos exaudiat, Deum quasi compellere volunt) orationem suam effundebat, eandemque iam completam abyssali diuinæ bonitati commendabat, ut videlicet non sua, sed eius acceptissima voluntas in omnibus completeretur. Deinde a matutinis usque ad primam sanctissimis cogitationibus modo sublimiori, quoniam nunquam creatura aliqua potuit, vacabat, contemplando primo omnipotentiam & magnitudinem summi Dei, quas ipsa supra omnes etiam angelicos spiritus agnoscebat: & e regione sui ipsius paruitatem cum humilitate profunda. Secundo, abyssalem iustitiam Dei, in sapientia sua, & quam ignota & abscondita sit omni creaturæ. Tertio, abyssalem bonitatem Dei, quomodo videlicet ipsa in creaturas sese diffuderit, quodque tam largum profluum totius boni, ac omnis gratiæ sit origo. Quarto, superdulcissimam Dei suauitatem, in cuius contemplatione tanta dulce

BB iij dine



MARGARITAE EVANG.

dine replebatur, vt nisi gratia eam spiritus sancti confortasset, deificatum cor ipsius præ nimia dulcedine resolutum fuisset. Quinto, lachrymosis oculis humilitatem filij sui, quantum videlicet altissima illa maiestas sese deprefferat, omniumque poenarum ac tribulationum asperitatem subierat, vsque adeo sese deprimendo, vt amplius deprimere se non posset. Sexto, amarissimam filij sui passionem, quanta videlicet & quam multiplex illa fuisset, eamque tribus modis recogitabat. Primo, cum intima compassione: quippe cuius cor & virgineam animam meditatio illa velut gladius pertransibat, in tantum vt præ omnibus martyribus beata ipsa virgo martyris aureola coronata sit in cœlis. Secundo, cum viua quadam imitatione. Recogitans namque qualiter filius ipsius in omni contemptu ac poenaliitate vixerat, vt ei conformis esset, totam vitam suam ad sui depressionem et compassionem ordinabat, in tantum vt nunquam absque passione foret: in qua tamen perferenda adeo resignata erat, vt Deum pro illius abbreviatione nunquam rogaret, sed potius omnem poenam ita ferebat, vt propositum haberet, semper in poenis existeret, si Deo sic placuisset. Tertio, considerabat, quam patienter absque murmure & oris asperitione, sine omni vindicta, cum tanto desiderio, amore & pace animæ suæ idem filius eius totam passionem suam pertulerat. Hæc (inquam) omnia præclarissima virgo recogitans, iuxta eam omnem passionem suam ordinabat, ita vt & ipsa eandem iuxta hunc modum sine omni murmure, cum subiecta voluntate, absque vlla vindicta, concordia amore & magna pace animæ suæ



### LIBER III.

sua perferret. ¶ Ad Primam autem ad ecclesi-  
am properabat, non quidem in turbarum medio  
sive populi frequentia, sed seorsum in angulo quo-  
dam ibi existens. Quæ etiã in via nusquam mo-  
ras trahebat, sed festinanter cum submisso capi-  
te & oculis gradiebatur. Porro, in tēplo ad pran-  
dium vsque cum extenso ad æternitatem animo  
perseuerabat, meditans ibidem præcepta & con-  
silia filij sui. Cor autem ipsius in contemplando  
supra omnem rationem constituebatur, & in o-  
mnibus viribus suis illuminabatur. Etenim me-  
moriam ipsius in quodam simplici lumine confi-  
sabat, eleuata supra omnes sensuales incidenti-  
as, posita & stabilita in spiritus vnitatem. Intelle-  
ctus eius claritate perfunde batur, in qua omnes  
virtutes, omnes exercitiorum modos & abdita  
scripturarum distincte intelligebat, agnoscebat-  
que. Denique voluntas eius cum toto corde in  
tranquillo amore in quendam omnis creaturei-  
tatis excessum mergebatur. Atque tali modo di-  
uinas inspirationes velut in silentio quodam per-  
cipiebat, eiusque spiritus superessentiali fonte il-  
lo ultra omnia in Deo perfue batur ac perfunde-  
batur: sicque seipsum per quendam amoris am-  
plexum in vasta illa solitudine amittebat, & cū  
diuinitate sine medio vniebat, quatenus vnum  
cum spiritu diuino existeret. Et hæc ipsa vnio, a-  
lia dona omnia, & omnem creatam gratiam &  
lucem excedebat.

De vera contemplatione.

Cap. XXII.

BB v

Porro,



MARGARITAE EVANG.

**P**orro, vt exemplo tantę virginis ad veram  
contemplationem perueniamus, tria nobis  
omnino necessaria sunt: Primum est, vt si-  
mus bene in omnibus ordinari intus exteriusq̃,  
et tam expediti ac nudi ab omni externo opere,  
quasi nunquam illud intuiti essemus. Non enim  
æternam lucem contemplari poterit, qui interi-  
us depictus, aut sponte alienis est occupatus. Se-  
cundum est, vt a nouo cum intentionis & amo-  
ris applicatione Deo nostro instar tædæ alicui-  
us ardentis (quam nihil in tempore valeat ex-  
tinguere) adhæreamus. Tertium est, quod nosi-  
psos in quadam caligine (in qua omnes contem-  
platiui homines seipsos feliciter amiserūt) amitte-  
re debemus, ita vt nosipsos per modum crea-  
turæ nunquam in abyſſo caliginis illius inueni-  
re possimus. In qua nimirum caliginis nostri spi-  
ritus amor sibiipſi mortuus est, & diuina mani-  
festatio ac vita æterna inchoatur. Hanc caligi-  
nem Moyses intrare cogebatur, antequam De-  
us ei se manifeste exhiberet: sed & a populo &  
a fratre suo Aaron famulisque suis secedere, &  
quandam caliginem in ipſo montis vertice ipſum  
ingredi oportebat, vbi nimirum Deum facie ad  
faciem contemplabatur. ¶ Et quia tria hæc per-  
fectissime in gloriosa virgine erant, ideo & cõ-  
templatio ipſius, quam alicuius vnquam pure  
creaturæ clarior ac sublimior fuit. Denique in ta-  
li sua deuotione & contemplatione caliginosa  
constituta, nihil ibi aliud, quam simplicem quan-  
dam lucem contemplabatur, in qua claritatem  
iſſam (quæ Deus ipſe est) & creata omnia sine di-  
ſtinctione simplici quã intuitu, lumē videlicet in  
lumine aspiciēbat. Atq; hæc æternæ lucis reuela-  
tio



LIBER III.

tio renouabat sine cessatione in ipsa in intimo  
 fundi sui, in suprema nobilitate spūs sui, & cōti-  
 nue cū ineffabili delectatiōe pdurabat. Sētiebat  
 nāq; in isto dulcissima virgo quendā excessum,  
 in iucprā beatitudinē, & Deū hic cū quodā eter-  
 no ac inseparabili amore diligebat. Porro, omnia  
 creata dona, & oēm creatureitatē, oīa q̄q; crea-  
 turalia opa & exercitia, hic infra sub isto modo  
 concēplationis subsistere oportebat: Ideoq; hic  
 a diuina claritate trāsformabat supra oēs imagi-  
 nes, & oēm rationē. Siquidē ea oīa hic cedere &  
 euanescere oportebat. Ipsa vero vnū cū ipso lu-  
 mine effecta, æternam imaginem suam hic in-  
 sequebat. ¶ Sed o Deus bone, quā absconditus  
 est modus iste a nobis, quā cæci sumus ad dicen-  
 dū, vel cogitandū aliqd de eo. Verūtamen, quis  
 explicare verbis possit, quantas gloriosa virgo  
 tā sublimiter supra oēm locū, & tēpus eleuata,  
 a Deo secretoꝝ reuelatiōes acceperit, quantave  
 delectatione repleta fuerit, videndo æternam il-  
 lam lucidissimam claritatem, rerumq; omnium  
 ideas, quæ ab æterno in Deo cognitæ sunt? Sane  
 si omnis pax & delectatio vnquam in hoc secu-  
 lo perceptę simul constatę forent, in comparati-  
 one minime pacis illius, quā dignissima Dei mā-  
 ter in tali modo sentiebat, reuera non nisi ve-  
 rissima amaritudo comprobarentur. Etenim a-  
 byssalis illa essentia, a deo fundum & interiora,  
 cunctasq; vires ipsius perfluebat, q̄ nisi virtus  
 eam spiritus sancti (qui est ipse Deus) corrobo-  
 rasset, cor ipsius resolui oportuisset. Insuper re-  
 uerendissima virgo ista quendam supra omnes  
 homines ornatum habebat. Quamlibet enim  
 alte rapiebatur, non tamen idcirco minus  
 alia



## MARGARITAE EVANG.

alia considerabat, nec se in exteriori homine equius observabat. Ornatum autem istum inde habebat, quia nullam originalis peccati maculam contraxerat. Denique, in tali abstractione cultui diuino in templo cum magna diligentia ac deuotione, idque in triplici modo, intererat. Primo namque praesens illic cum magna humilitate cordis & exterioris habitus sui, ac honesto apparatu aderat. Secundo, cum tanta reuerentia tantaque diligentia, ut nec semel respiceret, nec vultum saltem verbum cum aliquo loqui consentiret, sed diuinae semper venerationi intenderet. Tertio, cum tanto desiderio ac seriositate, ut nihil in diuino cultu & obsequio tedium vel minimum pateretur, sed ei interesse praeter omnibus quae in mundo sunt, delectabile ac desiderabile sibi erat.

### De amicorum Dei contemplatione, Cap. XXIII.

**N**otandum vero, quod sex sunt in quibus homines contemplatiui in sua se meditatione exercent. Primo namque creaturam ornatam ac pulchritudinem considerant, attendentes qualiter altissimus Deus in eis relucens, per earum decorem nobis velut annuat insinuetque, ut ipsum amare & laudare debeamus quippe qui propter nos omnia creauit ac fecit. Vnde sanctus asserit Augustinus: Coelum & terra & omnia quae in eis sunt, ecce vndique mihi dicunt ut te o Deus meus amem: nec cessant dicere omnibus, ut sint inexcusabiles. Secundo, meditantur, quam ordinate aeterna sapientia cuncta disposuit ac considerauit. Vnde Anselmus  
Quia



### LIBER III.

Quicquid (inquit) cum vera discretionem melius tibi esse, quam non esse videtur, scito hoc Deum fecisse tanquam ordinatorem optimi cuiusque, & omnis boni. Tertio, ex gemina rerum spirituum aliam considerationem animum suum ad inuisibilem contemplationem sustollunt. Ista nanque exterioris ornatus pulchritudo, & dispositio creaturarum excitat & admonet eos ad recogitandum, quam pulcher ac sapiens sit dominus, horum omnium causa & origo. Dimissis itaque temporalibus, ad inuisibilia cogitanda accinguntur. De quo beatissimus papa Gregorius: Si (inquit) ad inuisibilem noticiam pervenire velimus, cuncta visibilia transcendere debemus. Nā & de sancto David propheta regio legitur: quod cum in hortum suum intraret, & liliorum ac rosarum aliarumque suauefragrantium herbarum pulchritudinem intueretur, sapius inde Deum laudans, spiritum sanctum recipiebat. Quare hoc? nisi quia vir sanctus a visibilibus ad inuisibilia animum suum transferebatur? Quarto, mentem suam ad intellectualium considerationem dirigunt, quæ ratione comprehendere possunt, & non sensibilia existunt. Quod fit, cum intellectus sursum aspiciendo cœlestes angelorum choros, aliaque similia meditantur. Quinto, ea quæ omnem superant intellectum, ipsam videlicet abyssalem diuinam iustitiam, arcana scripturarum & inspirationes diuinas meditantur. Sexto, interiori animum suum illis rebus cogitandis applicant, quæ supra omnem discretionem existunt, ut est supersanctissima Trinitas, & virginis intemeratæ Dei genitricis partus. Hæc itaque sunt sex illa, per quæ Dei amici in san-



MARGARITAE EVANG.

in sancta meditatione sua ascendunt: per quæ  
 mirum cum omnibus sanctis comprehendunt  
 quæ sit longitudo, sublimitas, profundum & la-  
 titudo, prout Apostolus docet. Quibus & nos  
 ipsos libenter applicare debemus, vt in commu-  
 ni amicorum Dei cœtu inueniamur. ¶ Etenim  
 comprehendere debemus, primo sublimitatē Dei,  
 id est, velle p̄ amorē & intentionē summo Deo  
 hærere, & mente nostra in quandā superessen-  
 tialitatem excedere, & cuncta sensibilia transce-  
 dere. Secundo, profundum Dei, id est, cū mag-  
 nitudine diuinā abyssalitatē cōtueri, ad  
 statur virginis gloriosæ, q̄ bona oia sibi a Deo  
 lata silentio tegēs, de abyssali humilitate sua  
 quebatur. Tertio, latitudinem Dei, quomodo  
 videlicet ipse per charitatem ad omnia se exten-  
 dit. Et hanc latitudinem cum expedita ac ampla  
 mente sequi, & nos ipsos in eius præsentia ob-  
 uenturi debemus. Etenim in hoc ipso superessentiali  
 datur, quod videlicet mentem nostram supra  
 omnes formas in Deū eleuamus, transferimus.  
 Quarto, longitudinem Dei, id est, æternitatem  
 quæ tranquilla & incōmutabilis existit, ad quæ  
 nos stabili ac incommutabili mente suspēdit.  
 atq; hoc pacto cum perfectis Dei amicis quomodo  
 per diem festum sanctis cogitationibus & cō-  
 tinentis exercitijs transfigere conabimur.

Explanatio dignissimi nominis gloriosæ  
 virginis Mariæ, & de sanctitate ipsius

Cap. XXIII.

**P**rima litera dignissimi nominis beate  
 Mariæ est M. quæ in sese trinam vnitatem  
 complectitur, & tres vires superiores eiusdem  
 beate



LIBER III.

beatæ Mariæ designat, quibus ipsa Deo simili-  
 ma, & vnus cum ipso spiritus erat. Quæ & a-  
 gebatur ab ipso, & seipsam tanquam viuum  
 instrumentum exhibebat, quo Deus omnipotēs  
 acceptissimam voluntatem suam perficere pos-  
 set. A vero ipsam pauperem spiritu fuisse desi-  
 gnat. Quippe q̄ seipsam cum quadā suis ipsius an-  
 nihilatione Deo continue offerebat absque desi-  
 derio, absque voluntate, & absq̄ opere effecta,  
 sicut erat quando creata adhuc minime fuit. Et  
 per hæc introitum in spiritum, animā & corpus  
 suum dño pandebat. R puritatem spiritus ipsius  
 designat. Quippe quæ nunquam per delectatio-  
 nem alicui dono Dei inhærebat, nec ipso pro spi-  
 ritus sui voluptate vtebatur. Puritatem quoque  
 animæ designat ipsius, quia videlicet nulli vnq̄  
 creature afficiebatur, sed omnibus exornata vir-  
 tutibus erat. Denique & puritatem cordis et cor-  
 poris innuit ipsius: quæ tanta erat, vt nunquam  
 alicui peccato afficeretur. Et per hæc instar niuis  
 candida, & angelicis spiritibus similis erat, ipsa  
 diuinitate perlustrata. Et quamuis pulcherrima  
 esset, nemo tamen vnquam libidinoso affectu  
 eam intueri potuit. I deuotam & internam  
 eam spiritu fuisse significat. Cuius nimirum  
 dulcissimæ aspirationes immobilem & excel-  
 sum diuinitatis montem commouebant, adeo  
 vt venæ supersanctissimæ Trinitatis suauiter  
 scaturientes in ipsam amorose profluerent.  
 Deuotam quoque animam signat, cuius omnes  
 vires in laudibus omnipotentis Dei iugiter ere-  
 ctæ erant. Insuper & corde deuotam designat,  
 quod tam suauiter ac large apertum erat, vt  
 instar suaueolentis rosæ odorem ex se gra-  
 tissi-



MARGARITAE EVANG.

tissimum præberet, & cum ignitis desideriis in-  
comprehensibilem & omnia penetrantem divi-  
nitatis abyssum penetraret. In quo rite dilectum  
suum inueniens, cum suauissimo odore suo inti-  
ma voluptate potentia eius virtutem transibat,  
& indicibili pulchritudine sua æternam sapien-  
tiam vulneravit. Vnde & sempiterna deitas a-  
more ipsius velut ebria effecta cum omni vo-  
luptate sua in ipsam tota promanare gestiebat,  
eique super omnes diuitias suas potestatem tri-  
buit. Et sic ipsa vitale ex ipso nutrimentum hau-  
riens, deinceps non sibi, sed ei qui est viuentium  
omnium vita, vivebat. Denique postremum A.  
alpha & O. principium & finem designat. Om-  
nanque agere vel dimittere ipsius diuina inter-  
tio possidebat, & Deus omnium ipsius virginis  
actuum principium & finis erat: quippe quæ sem-  
per Deo vnita nunquam vel ad momentum ab  
ipsius præsentia recedebat. Et ob hoc nulla vn-  
quã creatura imaginẽ vel accessum in ipsam ha-  
bebat, sed omnia cum angelis in Deo simplici-  
ter intuebatur: quem etiam totaliter ac nude in-  
uenit in fundo suo, in essentia animæ suæ, in in-  
timo spiritus sui. Ideoque nec extrouersa aliqua  
do fuit cum viribus suis ad sublimitatem vel  
multiplicitatem aliquam, sed semper mansit in-  
trouersa simpliciter extra seipsam in Deum, qui  
& ipse vicissim erat in ea. Et inibi & nobilita-  
tem & fontem diuinitatis experiebatur, suumq;  
intra seipsam principium agnoscebat. Atq; hoc  
pacto omnium perfectissima erat, utpote quæ in  
suum principium iugiter tendebat. Ideoque & ap-  
prissime Maria dicitur: Quia nimirum tota vni-  
ta, pauper, pura, intima, & deifica fuit, & plus  
ccc



## LIBER III.

coelestis, quam terrestris creatura: quippe quæ & ipsa cœlum erat in spiritu suo, & cœlum cœli visque in seipsam inclinabat. Paradisus etiam in anima sua, ita nimirum diuinitatis claritate perlustrata, sicut ipse in paradiso protoplastus, nec vllum in se medium inter Deum et seipsam habens.

Qualiter nouē angelorum ordinibus cincta erat beatissima virgo Maria.

**D**Eniq; cum Seraphin in suis cogitationibus ardebat, plena diuino amore. Cum Cherubin plena erat cognitione, in intellectu suo in speculo diuino. Cum Thronis sedes in qua Deus ipse quiescebat, vnita per voluntatem perfectissime Deo suo. Cum Dominationibus perpetua pro nobis interpellatrix. Cū Principatibus mundi victrix. Cum Potestatibus demonum refrenatrix. Cum Virtutibus ordinata semper & discreta in obsequio suo. Cum archangelis duplicis nunciū baiula, quippe quæ nobis Deum ipsum genuit, æternam nobis omnibus pacem annunciantem. Cum angelis demum ancilla humilis, in quorum etiam medio continue versabatur.

De prima natiuitate in spiritu Mariæ.

Cap. XXV.

**P**orro, vt de tanta virgine amplius aliquid dicamus, sciendum est triplicem in ea natiuitatem extitisse. Prima natiuitas est, in qua Deus nascebatur in spiritu ipsius. Siquidem per puritatem suam mirum in modū placebat Deo. Per amorem vero compellebat eundem, vt se

CC demit-



## MARGARITAE EVANG.

demitteret in fundum animæ suæ, in silentem ac nudam illam libertatem, in qua medium silentium consistit. Vbi & ipsam in sese uniens verbum suum arcanum cum ipsa loquebatur, et unicum filium suum in ipsius spiritu cum ineffabili gaudio & amore gignebat. Et hæc est æterna in gloriosa virgine natiuitas, & nox tenebrosa, in spiritu videlicet, vbi intellectus caligat & obfuscat. Vbi nanque lux increata oritur, ibi lux aliqua creata durare non potest. Nox etenim in diem conuertitur, id est, lux animæ creata in æternitatis lucem commutatur. Ipsa denique spiritum suum in increatam diuinitatis essentiam offerebat, & anima eius in profundam sese humilitatem demittebat.

### De secunda natiuitate in anima Mariæ.

**D**enique per ista suaue illud amoris profusum, & æternæ sapientiæ lumē deorsum in animam suam inclinabat. Et iam pater luminum cōtinere se non poterat, quin unicum filium suum in anima ipsius gigneret: ideoque & ipsam totaliter in se transformabat. Ipse vero spiritus sanctus cordis eius sanguinem ad humanæ assumptionem naturæ disponebat: & pater cœlestis ipse in spiritu cōsensum expectabat, desiderās vt suus in ea filius humanæ naturæ conditionē acciperet, qui per operatiōem sancti spiritus ex ipsa nasci volebat. Ipsa vero ad tantam dignationem præ humili verecundia obstupuit, & cum amorosa & anxia aspiratione respondit: Plane tanta me gratia indignam agnosco, sed vtinam vel ancilla tantæ matris esse valeam.



### LIBER III.

valeam. Sed ipse eam matrem esse volebat. Quod illa intelligens, adhuc profundius in sui ipsius annihilationem sese demittebat. Iam vero omnino concludebatur, quod ita fieri oporteret, quodque Deus diutius expectare non vellet. Et ecce salutavit eam supersanctissima Trinitas, cum supersplendente lumine, & perfluente charitate, & omnia eius interiora amoris iaculo tam valide transfigebat, ut iam amorose consensum daret. ¶ Et eodem momento sanctus ei Gabriel archangelus assistens, eamque in spiritu inueniens, dulciter salutavit, & dixit: Ave Maria gratia plena, dominus tecum. Quæ cum audisset, turbata est, ex profundissima humilitate sua, in salutatione eiusmodi, quæ nunquam alias audita fuit. Turbata etiam est, quia nimirum tota ad altissima ac divina illa mysteria intracta erat. Pater namque totaliter eam ab intra perfluebat, & omnia eius ossa, ossiumque medullas implebat ac perlustrabat. Spiritus sanctus dulcem in eius intimis commotionem, & amorosam in eius sanguine mutationem causabat, cunctasque venas illius dulciter ac amorose aperiri faciebat: quarum omnis sanguis ad cor tam ignito amoris incendio succensum vigorose properabat. De quo sanguine cordis ipsius idem spiritus sanctus tres purissimas mundissimasque guttas accipiens, aptissimum inde corpusculum formabat, mensura quidem exiguum, sed membris suis omnibus absolutum atque perfectum. Sed & ipse lucis æternæ radius, verbum videlicet patris, iugiter in eius intimis existens, cum ma-

CC ij gno



MARGARITAE EVANG.

gno desiderio consensum illius præstolabatur, ut ex ipsa naturam humanam assumeret. Quod etiam mirum in modum ex virginea ipsius voce sauciabatur, & ineffabilem in eius suavissimis verbis, quæ tam humiliter proferebat, delectationem habebat. ¶ Denique & angelus ad ipsam: Ecce, ait, concipies & paries filium, & filius altissimi vocabitur. Et ipsa: Quomodo (inquit) fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et angelus: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Intellegens itaque virgo prudentissima integram sibi virginitatem permansuram, seque a spiritu sancto per altissimi protectionem sœcundandam, tota mentis deuotione consentiens, in hæc verba prorupit: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Emisit itaque verbum humile & transitorium, & traxit in se verbum sempiternum. Etenim verbum caro factum est, & habitauit in nobis.

De temporali & tertia natiuitate in Mariæ corpore.

**A**lti luminis illustrata luce fit porta Christi peruia, referta plena gratia, transitorieque & permanet, clausa ut fuit per secula. Tanquam vellus Gedeonis, in quod rore descendente, terra mansit arida. Per quod virginæ caro puritatis accipitur Mariæ, quæ licet conciperet & pareret filium, labem tamen non sensit vllam. Ideoque & aptissima erat esse patris filia, filij mater, sponsa spiritus sancti, & sacrarium templumque summi Dei, in cuius virgineo corpore velut sp̄sus in thalamo dulciter quiescit.



## LIBER III.

quiescebat, tantumque delectabatur sub eius ca-  
 tissimo corde gestari, quantum in aliquo pala-  
 tio florum omnium ac herbarum suauefragran-  
 tium odore resperso commorari: quippe quam  
 omni virtute & gratia plenam archangelus pre-  
 diebat. Species nanque odoriferarum virtutum  
 illius beatissimæ Trinitatis cælos mellifluos se-  
 cerunt, & cœlum terramque fecunditate imple-  
 verunt. Ipsa est aurora rutilans, quæ totum mun-  
 dum illustravit. Quia nimirum nude introuersa  
 in suadum ac nudam animæ essentiam, (quam  
 lux increata inhabitat) ibidem clarius cognosce-  
 bat, qualiter Deus omnipotens omnem rationa-  
 lem creaturam ad suam fecit imaginem, in eo vi-  
 delicet, quod spiritus sunt, sicut & ipse spiritus  
 est: & ad suam similitudinem, per operationem  
 scilicet trium virium superiorum, quæ suam in  
 spiritu originem habent, & ex ipsa essentiæ vni-  
 tate promanant: quodque Deus seipsum in animæ  
 imagine vniuit. Vnde & ipsa anima suam in il-  
 lo habet originem, applicata et inclinata ad ipsum  
 vti radij solares ad solem. Quod qui experiri vo-  
 luerit, ab omnibus sese creatis rebus auertat, &  
 cunctis animæ viribus vnitatis sese introuertat, at  
 que extra seipsum in Deum transeat, in intimo  
 videlicet spiritus sui, vbi Deum sentiet, et omne  
 bonum vitamque inueniet sempiternam. Etenim  
 & gloriosa virgo istud faciebat. Sese nanque in-  
 trouertens, in Deum transibat, sicut & ipse in e-  
 am, qui & ex virgineo corpore ipsius nasci vo-  
 lebat: sicque nobis solem iustitiæ produxit, aufe-  
 rens a nobis Euzæ maledictionem, & benedicti-  
 onem recuperans; vnde & angelus eam plenam  
 gratia dicebat.

CC iij ¶ Aue



MARGARITAE EVANG.

**A**ue rosa sine spinis, tu quam pater in diu-  
nis, maiestate sublimauit, & ab omni vae ser-  
uauit.

Maria stella dicta maris, tu a nato illustraris, in-  
ce clara deitatis, qua præfulges cunctis datis.  
Gratia plenam te perfecit spiritus sanctus, dum  
te fecit, vas diuinæ bonitatis, & totius pietatis.  
Dominus tecum miro pacto, verbo in te car-  
ne facto, opere trini cōditoris, o quam dulce vultu  
amoris.

Benedicta tu in mulieribus, hoc testatur omnia  
tribus, cœli dicunt te beatam, super omnes exalta-  
tata.

Et benedictus fructus ventris tui, quo nos semper  
per dona frui, per prægustum hic internum, &  
post mortem in æternum.

Iesus Christus splendor patris, Deus summæ ma-  
iestatis, qui nos amans nos creauit, sanguineque  
suo lauit.

Per sua merita & tuam intercessionem hoc de-  
tur nobis, o clemens, o pia, o dulcis virgo Ma-  
ria.

Qualiter nomen Mariæ in nobis spiritali-  
ter habere, & cum Deo in triplici nati-  
uitate vniri debeamus. Cap. XXVI

**N**VNC igitur o anima mea si vnquam  
internæ ac virtuosæ vitæ gratiam adipi-  
ci, & tuum intra te principium sentire vo-  
les, attēde & imitare perfectissimam exemplarem  
& lucidissimum speculū virginis gloriosæ, con-  
siderans qualiter ipsa sese intus exteriusque habe-  
re cōsuevit; & magnū inde suffragiū tam in spi-



ritu, q̄ in natura cōsequeris. Quod si et mysticam  
 quinq̄ nominis ipsius literarum significationem  
 intra te sentire desideras, segregare prorsus ab o-  
 mni creatura, sisq̄ introuersa, & extra teipsam  
 transi in Deum tuum, in intimo spiritus tui, ybi  
 tres vires superiores vnum sunt, quem ipse De-  
 us inhabitat, cum quo inibi vnus spiritus effice-  
 ris, agerisque ab ipso, qui est originalis fons, &  
 dulcisputeus aquarum viuentium, memoriam  
 fecundans, intellectum illuminans, & volun-  
 tatem in suo amore inflammans & inebrians:  
 quique est nutrimentum spiritus, vita animæ, &  
 corporis conseruatio sustentatioque. Quod nimi-  
 rum M. litera significat, quæ superius clausa ima-  
 ginem Dei (per quā anima vnus cū Deo spiritus  
 existit) designat. Tres vero in ipsa distinctæ li-  
 neæ, summæ Trinitatis similitudinem signant, se-  
 cundum quam anima ab ipsa agitur. Porro, A:  
 litera pauperes nos esse spiritu debere insinuat,  
 atque nosipos continue Deo offerre: quatenus  
 ita nobis vtī possit creatis, sicut poterat increa-  
 tis: & in ipso annihilari, & absq̄ voluntate, abs-  
 que desiderio, absq̄ opere effici. Per quod acces-  
 sus iam patet omnipotenti Deo in spiritum, ani-  
 mam & cor nostrum, ita vt absque impedimen-  
 to nobilissimum opus suum in nobis operari  
 possit, in supremis quidem viribus superessen-  
 tiale ac deificū, in infimis vero morale virtutum  
 opus. R. vero litera mundos, siue puros nos esse  
 spiritu debere significat, vt videlicet donis Dei  
 non pro nostra delectatione, sed pro Dei honore  
 vtamur. Mundos etiā aīa signat oportere nos esse  
 ab omni macula peccati. Mundos item & cor-  
 de & corpore ab omni vitiosa affectiōe. I. litera



## MARGARITAE EVANG.

deutos nos esse debere insinuat, ita vt mentem nostram & omnes animæ vires atq; cor ipsum ad Deum erecta, ipsiq; vnita habeamus. A postremum, omnipotentem Deum principium ac finē omnium operum nostrorum esse debere significat: q; etiā nos ipsi deiformē semp in omni actione nostra intentionem habere debeamus, quatenus eam, q̄ subditur, triplicem in nobis natiuitatē sentire possimus: ad quod sane requiritur, vt nudi, liberi et abstracti simus, vtq; vires omnes animæ locis suis sint restitutæ, & voluntas, desiderium & intentio nostra Deo in omnibus obediant, quatenus cum eis valeat operari. Et tunc homo intra seipsum supra omnes vires in vastam diuinitatis solitudinem trahitur, & spiritus profunde nimis in diuinam vnionem immergitur: totaque hominis essentia, diuina essentia perit dicitur. Et tunc æterna in spiritu nostro natiuitas agitur.

Diuina vt in spiritu nostro contingat natiuitas. Cap. XXVII.

**D**Eniq; ad hunc fundum purissimū diuinam sese maiestas inclinat, et per potentiam suam seipsum Deus in immensa claritate cognoscit, & præ diuitiarum supereffluentia, verbum suum æternum in isto nobilissimo fundo eloquitur: spiritumque diuini solis claritate sic penetrat, vt omnes inde vires diuinam inactionem sustineant, & intellectus ab increata luce obfuscerur. Et hæc est diuina natiuitas, quam prima illa missa designat, quæ in nocte dominicæ natiuitatis celebratur, in qua canitur: Dominus dixit ad me, filium meum.



## LIBER III.

meus es tu, ego hodie genui te. Quæ profecto natiuitas obscura, & incomprehensibilis est omni intellectui creato. Atq; ex hac sublimi & diuina natiuitate tantas in se diuitias, amabiles gratias, essentialē pacem, & libertatē sentit, vt nec totus mundus, nec infinita dæmonum multitudo his eum spoliare possint; quippe qui nihil horum nouerunt. Istum namq; fundum nihil, præter solum Deum attingere potest, adeo vt nec ipsa anima quicquam ibi operetur cū viribus suis, sed hæc magis ex isto simplici essentiali fundo promanant: ideoq; nec quicquam (vt dictum est) hunc fundum attingere potest. Ipsa quidem anima cum viribus suis per sensus exteriores, imagines & formas ab extra recipere & intrare potest, sed nulli prorsus imagini in hūc fundum accessus patet. Deus autem solus ingreditur, & in ipso sine omni imagine vel similitudine operatur. Anima itaq; sese introuertens, & in Deum transiens, absq; formis, absq; imaginibus, absq; fundo, & absq; modo efficitur. Denique sic spiritu in Deum transformato, cunctisq; viribus animæ liquefactis, & inferioribus viribus ab omnibus rebus externis mortuis, & ab multiplicitate abstractis, iam tunc altera in anima natiuitas agitur, prout in sequentibus declaratur.

Secunda vt in anima nostra contingat diuina natiuitas.

**P**ater namque cœlestis vim animæ concupiscibilem trahit ad erigendum sese intus ad Deum, & filius rationem illuminat, ad perspiciendum fundum suum, spiritus sanctus dent

CC v que



## MARGARITAE EVANG.

que irascibile inflamat, ad dandū sese vigorose ad Deū. Et præ abundātia diuinæ gratiæ influit ipse Deus in aīam cū amabili quadā gratia, purgatq; oīa interiora ipsius: arguit & reprehēdit eā de oībus, q̄ sibi displicēt in ea; inflamat eā igne amoris sui, cor dulciter affici, & oēs interiores venas largissime aperiri facit, totumq; sanguinē & naturā hoīs in humanitatē, castitatē, patientiā, obedientiā, verecundiam, cætera scq; virtutes oēs (quibus Christus excellēissime refulsit) immutat: animāq; idoneā facit, vt æternæ sapientiæ radius verbū patris æterni in ipsa valeat nasci. Quod anima sentiēs, nimīū sese exinanitens, in fundum humilitatis se demittit, cuncti scq; gratijs ac donis istis indignā se iudicat. Tunc ergo pater cœlestis amplius bonitatem suam continere nō valens, ab ea cōsensum requirit, vt in ipsa gignere valeat vnicū filiū suū. Itaq; semper in Dei voluntatē humiliter sese demergit, vt eā faciat pro beneplacito suo tam in prosperis, q̄ aduersis. Atq; per hoc verbū æternū choruscū diuinitatis lumē in se trahit, quod oīa eius interiora splendore diuinitatis suæ penetrans, ipsam totaliter in se transmutat, facitq; eam esse per gratiam, quod Christus erat per naturā. Et quid hoc aliud est, nisi quod legimus, verbū æternū caro factū est, et habitauit in nobis? Et hoc p̄ fide habet fieri, Augustino dicēte: Crede, & māducauit siue spiritaliter cōcepisti. ¶ Hic itaq; Deus oīpotes nascitur in paupereula aīa in diuersorio Bethleemico. i. in cordibus nostris, in foetente stabulo ab oīni genere iumentorū calcato. i. in conscientijs nostris multipliciū vitiorum sordibus inquinatis, et cordibus nostris diuersarum bestialium cogitatio-



## LIBER III.

cogitationū sūmo cōspurcatis. Quæ profecto in  
 immutatur, purgaturq; specie hac odorifera, ita  
 ut vilitas in nobilitatē trāseat, & paupertas pre  
 ciosissimo thesauro ditetur. O stupēda charitas,  
 & abyssalis Dei nostri humilitas. Quō o Deus  
 piissime sic amore velut ebrius es & captus, ut  
 nō satis tibi sit semel esse natum, sed semper ve  
 lis & desideres in anima nasci, ut ip̄am nouo di  
 uinitatis lumine illustrare, ac implere possis; Et  
 tu o aīa, quō continere te potes ab eius laude, quā  
 intra te filium Dei concipis, & ipse in te nascit̄  
 ex Maria. i. in spū, qui a Deo assumptus, ab ipsi  
 us æterno verbo penetratur: ipsumq; verbū in in  
 timo tui nascitur. Hic nanq; oēs tenebrarū nu  
 bes dissoluūtur, & orto diuino iustitiæ sole (qui  
 oēm cæcitatē & ignorantia depellit) nox in diē  
 cōmutatur. Nascitur siquidē in paupere domun  
 cula, inter bouē. i. vim rationalē, & asinū. i. vim  
 concupiscibilē, qui humiliter suo se creatori in  
 clinabant. Deniq; in hac natiuitate mira quæ  
 dā contigisse leguntur. Templū nanq; Romæ  
 corruit cū oībus idolis suis. Et qd per templum,  
 nisi propriū propositū, & proprius cōceptus, qd  
 vero per idola, nisi multitudo imaginū, quę hic  
 intereunt, designatur: Sed & rosa de Iericho flo  
 ruit, per quam virtutes denotantur, quę in anima  
 florere ac virere incipiunt. Et fons olei in Tybe  
 rim vsque profluxit, id est, fons diuinæ miseri  
 cordiæ in animæ fontē promanat. Tres soles ap  
 paruerunt, qui paulatim in vnum solem transi  
 bant, id est, beatissima Trinitas in anima appa  
 rens in vnam diuinam essentiam colligitur. Pa  
 storibus super gregē suum vigilantibus ab an  
 gelo gaudium magnum annunciat, filium  
 Dei



MARGARITAE EVANG.

Dei natum in Bethleem Iudæ. Gloria in altissimi Deo catur, & pax in terra hominibus bonæ voluntatis prædicatur. Et pastores exhilarati, lætantes cantabant & saltabant, & cum ingenti desiderio puerum requirebant, id est, animæ perfectiones exhilarantur, & cum magno gaudio ad inauditam novitatem illam eriguntur. Ioseph cum omni humilitate in omnibus, & puero, & matri obsequabatur, id est, ratio fidelis est Mariæ, id est, spiritus, eiq; in omnibus subditus obediensq; existit. ¶ Maria vero, id est, spiritus ab angelis circumdatur, & cum profunda humilitate lumen increatum, verbum æternum adoratumq; omni reuerentia & honoris exhibitione puerum brachijs amoris, & desiderij amplectebatur, ipsumq; verbum æternum cum ingenti gratitudine offert patri cœlesti, reclinans illud in angusto diuinæ essentia præsepio, ad laudem super sanctissimæ Trinitatis, & ad gaudium & gloriam totius cœlestis exercitus. Oratq; pro totius humani generis salute, vt omnes talem in se fecunditatem sentire mereantur, & choruscum diuinitatis lumen in ipsis oriatur. Pro animabus quoque in purgatorio existentibus, vt tantum hinc fructum percipiant, ac si ipsæmet in terris istud taliter exercuissent, quatenus ab omni captiuitate & pœna valeant liberari. Hac eadem nocte tres magi in remotis partibus Syriam videntes etiam vocem audierunt dicentem illis, vt euntes nouum regem Israel inquirerent, per quos tres animæ vires inferiores designantur: quæ cum sint longe lateq; in regiones longinquas dispersæ & extrouersæ ac aberrantes, nequam quandam interioris lucem sentiunt, quæ intro-



### LIBER III.

introrsum vocantur, & vocem Dei audiunt dicentis, vt introrsum veniant in Israel, id est, in animam, vbi natus est rex nouus verbum Dei patris, ad ipsum agnoscendū adorandumq;. Et festinanter introuenientes & eidem, vt par est, reuerentiam exhibentes, ipsum humiliter adorāt. Aurum quoque, thus & myrrham offerunt, vis concupiscibilis videlicet myrrham mortificationis omnis sensualitatis & concupiscentiæ, rationalis thus feruidæ orationis, & irascibilis aurum diuinæ charitatis. Quæ etiam per aliam viam reuertuntur in regnum suum, id est, in intimam animæ, quod est regnum ipsarum. Porro, Maria conseruabat omnia verba hæc in corde suo, id est, spiritus verbo Dei cum humiliter ueracundia semper adest, quod per profundam humilitatem & puritatem in se educatur: qui etiam seruit ei per obedientiam, & custodit eum per patientiam, secumq; manere facit. ¶ Et hæc altera natiuitas (quæ partim fit in nocte, & partim in die, id est, aliquo modo nota, & aliquo modo incognita est homini secundum naturalem intellectum) per secundam dominicæ natiuitatis missam, quæ in aurora canitur, designatur, cuius introitus est: Lux fulgebit hodie super nos, &c. Taliter ergo homine abstracto & introuerso, et omnibus animæ viribus suis locis restitutis, & ad Deum erectis, ipsiq; obtemperantibus & subditis in cunctis operibus eius, ad exemplar & speculum virginis gloriosæ, ipsoque extra seipsum totaliter in Deum transeunte, & Deo in ipsum cum omnibus delicijs suis et amabili gratia sua intrante, tunc tertia natiuitas agitur, de qua iam Deo fauente consequenter dicturi sumus.

De ter



MARGARITAE EVANG.

De tertia natiuitate diuina vt contingat in corpore.

**S**ed tantā diuinę gratiæ largitatē ac diuinitatē homo occultare semper nō potest, quin aliquid ex ipso reluceat, siue in verbis, siue in operibus. Ex abūdantiā em̄ cordis os loquitur. & cœli enarrant gloriā Dei. Nā S. Augustinus ait. Vt dñe tacētibus de te. Ipse quoq; dñs in Euangelio: Sic, inquit, luceat lux vestra corā hoībus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Cū em̄ talis omnipotēti Deo in animā patet accessus, vt opus suum absq; impedimēto in ea operari, & hęc practica natiuitatē in ipsa iuxta diuinū modū obtinere, æternāq; natiuitatē in anima & spū perficere possit. i. in Maria, q̄ mare amari significat, quia videlicet inferiores animæ vires cōtinuis ratiōnū & angustiarū procellis impelluntur & impugnantur, in quibus anima sibi ipsi iugiter motus habet, vt in ea Deus viuere possit: quas nihil minus tentationes oēs si vicerit, manna absconditum. i. lumen æternæ sapientiæ, & calculū cælesti, & in calculo nomē nouum scriptū, quod nemo scit, nisi Deus, & ipse, qui accipit, acquirit, quod videlicet fit in intimo ipsius, vbi ipsa cum Deo secreta existit. Cū ergo (inquā) talis omnipotēti Deo in animā patet accessus, nō ei sufficit nasci in Maria, sed etiā ex ipsa vult nasci. Cū em̄ quietū silentiū continerent omnia, & motus suo cursu mediū iter haberet, omnipotēs semper tuus dñe exiliēs de cœlo a regalibus sedibus venit. Id est, cū euagationes sensuū ac viriū cursus suū cōpleuerunt, & ipsi iā sensus ac vires in se



### LIBER III.

to silentio cōsistunt, ipse ad nos a regalibus sedi-  
 bus venit (sedes autē siue thronus in nobis est ip̄a  
 mēs vel spūs, in q̄ Deus habitat & quiescit) &  
 omnipotēs verbū tanq̄ gladius ex vtrac̄ parte  
 acutissimus oīa animæ interiora penetrat, per-  
 tingens vsq̄ ad diuisionē animæ & spūs, ita vt  
 suprema pars animæ a Deo agatur, vnusq̄ cum  
 ipso sit spūs, & inferior pars, anima videlicet et  
 corpus, Christi sequantur exempla. Gladius em̄  
 anceps est sermo Dei, animā intus exteriusq̄ ab  
 omni delectatione denudans, vt nihil in ipsa sit,  
 præter nudum Dei amorem. Et ipse in sole ponit  
 tabernaculū suum, & tanq̄ sponlus procedēs de  
 thalamo suo, exultat vt gygas ad currendā vi-  
 am, id est, de thalamo spiritus procedit in animā  
 & cor hominis, totumq̄ hominē in Christi quo-  
 dāmodo naturā immutat, faciens ipsum esse per  
 gratiā, quod Christus erat & est per naturā, ita  
 vt per ipsum omnia operetur, sicut & per Chri-  
 stū in omni genere virtutū, prout iam antea di-  
 ctum est. Deniq̄ in tali Deum patiente homine  
 ipse dñs operari delectatur & gaudet, facitq̄ e-  
 um hilariter intus & exterius currere viam man-  
 datorum suorum. Taliter ergo nascitur ex no-  
 bis filius Dei. ¶ Et hanc vltimam natiuitatem,  
 tertia dominici natalis missa designat, in qua ca-  
 nitur: Puer natus est nobis, & filius datus est no-  
 bis. Ipse nanque reuera noster est totus, vt cum  
 ipsius meritis semper pro nostris peccatis satis-  
 facere, eisdē nos exornare, & huic natiuitati ido-  
 neos facere nos possumus. Quod vbi fecerimus,  
 Deus seipsum totū dat aīæ, & sine intermissione  
 nascit̄ ex ea. Ipse nanq̄ in aīæ imagine habitās,  
 profluit in infimā eiusdem animæ portionem;  
 estq̄



## MARGARITAE EVANG.

estque vita animæ, sicut anima est vita corporis. Et sicut corpus sine animæ suffragio nullum omnino membrum mouere potest, sic & anima sine Dei adiutorio ad bonum nihil penitus mouere se valet. Sic ergo Deus in omni viuacitate est animæ nostræ, qui tamen in solo spiritu debet adorari. Postremo, vt Deus omnipotens quinque literarum istarum significationem, & prædicationem tres natiuitates in nobis perficere queat, nosque dignissimæ matris Dei exempla sequi, & filij Dei effici possimus, idem ipse nobis prædicandus dignetur, qui in Trinitate personarum vnus vnus in essentia est Deus.

Interna diuini auxiliij imploratio.

Cap. XXVIII.

**F**lecto genua cordis mei & corporis mei ad patrem domini nostri Iesu Christi, a quo omnis paternitas & gratia in cœlo & in terra nominatur, orans ipsum vt det mihi secundum diuitias gloriæ suæ virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine meo, Christum per fidem habitare in corde meo, vt in charitate radicatus & fundatus, neque deficiam, neque instabilis fiam in seruitio ipsius. Et vt det mihi sapientiam, quæ me de recta viâ instruat, vt non decipiar, neque seducar per quoscunque errores. Vt denique pietate me repleat, quæ me consoletur & inflammet, ne me vel desperatio, vel torpor aut amaritudo, siue peruersitas vlla superet ad finem vitæ meæ. Insuper oro te o summa potentia, vt per Iesum Christum dilectum filium tuum (in cuius nomine oblatam tibi orationem nullam respuis) & per amorem sancti spiritus



LIBER III.

tui, dones mihi memoriam, qua te semper cogi-  
tem, intellectu, quo bonitatem tuam & propriam vili-  
tatem meam clare cognoscam, & voluntatem, qua tuae  
incommutabili & sempiternae bonitati per arden-  
tissimam charitatem semper absque omni medio adhaeream.

Oratio deuota pro imploratione diuinæ  
gratiæ & auxiliij. Cap. XXIX.

**I**N nomine patris & filij, & spiritus sancti, qui  
sunt tres personae in vna sempiterna, indiuisa  
& simplici deitate. Credo in Deum. O bene-  
dicte Deus, ab aeterno tam ego, quam omnes aliae crea-  
turae tuae in diuina mente tua idealiter fuimus. Et  
quando placuit maiestati tuae, coelum et terram,  
& quicquid in eis est, creasti. Et mihi cum omni-  
bus angelicis spiritibus atque hominibus simili-  
tudinem tuam, atque Trinitatis imaginem impressi-  
sti, et in intimo spiritus mei te mihi vniuisti. O bene-  
dicte Deus quies es tu, & quies sum ego? O domine Deus  
meus, tu es summum bonum, & ego sum abyssalis  
vilis. A peccatis enim omnibus, quae non commi-  
si, tu me praeseruasti. Idcirco rogo te Deus meus,  
fac ut sim homo secundum cor tuum: & da mihi ut  
que in fine vitae meae in fide sanctae ecclesiae tuae  
perseuerare, pro qua multi amici tui mortui sunt.  
Hanc ego fidem profiteor, & in ea per charitatem for-  
matam viuere ac mori desidero. **O** Deus meus,  
ex imo cordis mei gratias ago tibi, quod hucusque  
absque meritis meis ex sola abyssali misericordia  
tua mihi perpercisti. Da mihi quiesco Deus meus, ut  
reliquum tempus vitae meae taliter expendam, ut hic  
& in aeternum tibi semper placere merear. O pie  
Deus, ex hoc iam tempore solius intuitu amoris tui  
pro toto posse meo, tuo seruitio intendam, & quic-  
quid tibi in me displicet, siue magnum sit, siue par-  
uum,

DD uum,



MARGARITAE EVANG.

uum, abijcere conabor. Nec tñ hoc ego faciã, sed tu Deus meus per me illud facies. Me em̄ totũ in te projicio. Deduc me domine, vel vna vel altera via. Neq; em̄ terret me pœna q̄libet tolerãda. Scio em̄ qd meruerim, & qualiter me viuere oporteat. Et ideo qcquid volueris venire sup me creaturã tuã, siue ex parte tua, siue creaturã omnium, siue etiã spiritũ malignorũ, totũ me bonitati tuã resigno & offero, ad sustinendũ illud iuxta beneplacitũ tuũ auxilio gratiã tuã, ob amorem tuum vsq; in finẽ vitã meã, qcquid etiã illud fuerit, siue amarũ, siue dulce, siue prospera, siue aduersa, viuere, vel mori, abũdare, vel penuriã pati. In omnibus his æquanimiter me habere, & pro amore tuo prospera huius mũdi despicere, & omnia eius aduersa ad honorẽ tuũ patrietissime ferre desidero. Noui em̄ qd sis piissimũ pater meus, qd neminẽ derelinquis. Et ob hoc tibi secure cõmitto, qcquid habeo in tẽpore & æternitate. ¶ O dñe Deus meus illumina me, præcipe, prohibe, cõpelle & verbera me, vt effici merear secundũ voluntatẽ tuã, succensus ardētissimo amore tuĩ, vt om̄e velle meũ fiat mihi contrariũ, & cunctis malis meis desiderijs moriar, vt iã nõ ego viuã, sed tu piissime Deus in me viuas. Nõ cessabo inuocare te Deus meus, donec mihi tribuas, vt sim homo secundũ cor tuũ, et te puro amore possidere merear, licet hoc mihi mō nõ sapiat. Nã dulcis sapor amoris donũ tuũ est dñe, ego prorsus indignus sum, & illis tantum mō debet, qd mũdo sunt corde. Quare etiã nõ recuso dulcedine illa carere, rex meus & Deus meus, qd dicitur tuipe volueris: dum mō hoc mihi tribuas, vt sim secundũ voluntatẽ tuam in tẽpore & æternitate. Qua



## LIBER III.

Qualiter interiori alloqui debeamus do-  
minum, ut ipsum agnoscere possimus.

Cap. XXX.

**V**Num nobis omnino necessariū est, quod  
est abstractio a rebus creatis, & unio cum  
Deo. Cor etenim nostrū abstrahere debe-  
mus ab omni illo, quod vel fecimus, vel adhuc  
facere debemus, & ab omnibus incidentijs, quæ  
amorosum accessum ad Deū impedire queāt: &  
omniū anxietatum, turbationum ac sollicitudi-  
nū nostrarū obliuisci, simpliciꝝ cogitatione in  
Deū fugere, & instar ceruorū ac hinnulorū velo-  
ci saltu transilire cuncta, quæ nobis incidunt impe-  
dimēta, & sic alloqui dñm: Vbi nā es tu dñe De-  
us meus? Tu me ad hoc creasti, ut te cognoscā,  
& cognitū diligā. O benedicte Deus, quis nā es  
tu? Summum vtriusq; bonum. Porro, quæ bonus sis,  
hoc tibi soli notū est. Tu es qui es. Tu es vnica,  
sempiterna, increata, incommutabilis, diuina, a-  
mabilis, dulcis, pacifica, amicabile, delectabi-  
lis, virtuosa & gaudiosa essentia. Sed vñ proce-  
dit ista essentia? Hæc neq; gignit neq; gignitur.  
Quid facit ergo essentia ista? In ipsa est pater, &  
filius, et spiritus sanctus. Et pater gignit vnicū  
filium suum, & spiritus sanctus vtriusq; cōpla-  
centia est. Et hi tres sunt vna, vnica, sempiterna,  
increata, incommutabilis, diuina, amabilis, dul-  
cis, pacifica, amicabile, delectabilis, virtuosa et  
gaudiosa essentia. Porro, hæc simpliciter absq;  
formis et imaginibus meditari debemus, et sem-  
per in Deū absq; tristitia conuerti, totiesq; ista re-  
colere, donec omnium aliorum obliuiscamur. Et  
hæc est abstractio, quæ profecto ante omnia ne-  
cessa-

DD ij cessa-



cessaria est, si in Deum venire debeamus. Et  
 hæc vna nostra cogitatio semper in Deū  
 oēm multiplicitatē fugere debet: alioqui distra-  
 ctus quisq̄ remanebit, & deficere cogetur. De  
 de iā vltius cogitabimus hoc mō: Quid est  
 go ista essentia? Est oīs essentię essentia, omni-  
 tā vita, & lux omnis lucis. Hicq̄ cauendū est  
 cogitationē nostram ad creatas substantias  
 currere sinamus, sed semper in vna illa essentia  
 permanebimus, donec simul cū ipso dño nos  
 ducēte egrediamur. Deinde cōsequenter cogitabimus  
 in Deo: O æterna, abyssalis, modinescia, increata  
 & incōprehensibilis essentia, ab æterno tēpore  
 go, q̄ oīa alia in te increata fuimus. Et certe  
 me cū quicquid volebas facere, poteras. Nec  
 resistebā tibi. Iam vero etiam te ipsum me cū  
 nisti, & es vita aīæ meæ. Quia ergo oīs  
 oīs essentiæ, te me cū vnisti, & semper me cū  
 permanens, oēm voluntatem meam totā  
 in diuinam essentiam tuam projicio: rogans  
 & obsecrans, vt me sic regere atq̄ vti digneris  
 quomodo me vti poteras, quādo in diuina  
 te tua adhuc increatus eram.

Interna vnio cum Deo. Cap. XXXI.

**O**bscuro te o amabilissime dñe Deus  
 mihi secundū beneplacitū tuū acceptissimā  
 meæ voluntatis tuæ adorare te in imagine  
 meæ, in qua te ipsum vnisti: vbi quoq̄ te  
 presentē inuenire possum intelligentē oēs  
 nes, cogitationes, voluntates ac desideria  
 cundū q̄ etiā retribues mihi. O amabilissime  
 us, ecce intra me es vicinior mihi, q̄ sim ipse  
 mihi, Attamē me liberę condidisti, & inter  
 pus



## LIBER III.

pus & æternitatem me posuisti. Si ergo ad tem-  
 pus, id est, ad caduca & transitoria quęcunq; me  
 conuertero, actū est de salute mea: si vero ad æ-  
 ternitatem conuersus fuero, saluus ero. Sed si ve-  
 re & rite me ad æternitatem cōuertere debeam,  
 scire me in primis oportet, quæ sit æternitatis o-  
 rigo. Illa sane est ex æterna illa diuina abyssso,  
 quæ nunquam mutari potest, & est amabilis,  
 dulcis ac diuina essentia, quæ per diuinam præ-  
 sentiam suam intra me existens, sese mecum v-  
 niit, & est vita animæ meæ. Nunc igitur o sem-  
 piternum & vnicum vnum, o Deus meus, o vi-  
 ta animæ meæ, quæ so aufer memetipsum mihi,  
 & me tu ipse vtere. Suscipe me obsecro, qui non  
 sum nisi vas iniquitatis. En totum me tibi offe-  
 ro ac resigno, ad faciendum mecum pro summo  
 beneplacito tuo in tēpore & æternitate. ¶ Ele-  
 uare nunc o anima mea, & transi in Deum tuū.  
 Considera quanta sit dignitas tua, cuius ipse De-  
 us non potest obliuisci: qui etiā sic tecum vni-  
 tus est, vt a te nulla velit ratione separari. Nullos  
 propter te labores exhorruit, nullas pœnalitates  
 subterfugit, sed ex amore mortuus est, & nobis  
 semetipsum dedit. Qui cum sis supra omnia &  
 in omnibus essentialiter, nequaquam tamen ali-  
 quem a te o dulcissime Deus excludis aut sepa-  
 ras ad te venire volentem. Omnes quidem can-  
 dā escam manducamus, sed soli boni saporis sua  
 uitate reficiuntur. ¶ O pater oīm q̄es superoīa, in  
 te credo, & tuæ diuinæ bonitati, tuæ æternæ es-  
 sentię, tuæ diuinitatis vlnis ac diuinæ virtuti me  
 trado, atq; resigno. In te quoq; spero, quia super  
 omnia te diligo, & me diuinæ presentię tuæ re-  
 cōmendo. O potētissima virtus. O lucidissima et

DD iij sum-



MARGARITAE EVANG.

Summa sapientia. O immensa & infinita bonitas.  
 O abyssalis humilitas. O nobilissima dignitas.  
 O perenne bonum. O lux increata. O pater lumen  
 mundi. O verbum patris. O aeterna veritas. O splendor  
 patris substantiae. O trina unitas. O essentia omnis  
 essentiae. O vita omnis vitae. O lumen luminum.  
 O pater, o fili, o spiritus sancte. O trina unitas  
 personae tres, & vnus inseparabilis Deus. O sim-  
 plex diuinitas, quae per Trinitatis tuae operationem  
 coelum, & terram, & omnia, quae in eis sunt, coelestia  
 disti. O vita animae meae, gaudium meum & conso-  
 latio mea. Laudare te minime sufficio, sed te laudat  
 omnipotens potentia tua, incomprehensibilis  
 sapientia tua et increata bonitas tua, sempiterna  
 virtus & diuinitas tua, excellens gratia & misericordia  
 tua, potens ac summa fortitudo tua, benignitas &  
 charitas tua, propter quam me creasti.  
 O vita animae meae. O sancta dulcedo, dominus  
 meus & Deus meus. O trina unitas, quae summe  
 caris in te ipsa in maxima & altissima contempla-  
 tione, tres in vno cum incomprehensibili ac summo  
 gaudio, viuens in aeterna, beata & inaccessibili  
 luce. Ad quod gaudium etiam me fecisti, sed per pec-  
 catum inde seclusus sum, per humanitatis  
 tuae merita & passionem mihi id ipsum restitui.  
**R**ogo proinde bonitatem tuam dulcis Iesu digne  
 Deus meus, creator & redemptor meus, per mater-  
 nam sacrosanctam humanitatem tuam, ut sinas lucere  
 in me diuinitatem tuam, & expellas a me, quae quidem  
 me displicet tibi. O splendor aeterni luminis, a  
 aeterno in te increatus fui, in diuina memoria  
 intellectu & voluntate tua. Iamque me tale aliquando  
 fecisti, in tali tempore, ex talibus parentibus, sub  
 tali planeta, & ad talem me statum praedestinasti, sic  
 placere



## LIBER III.

placuit tibi. Volo proinde, vt & mihi placeat vnica ordinatio tua, siue grata, siue cōtraria mihi sit. Eteſm tantā mihi arbitrij libertatem cōtuli ſti, vt qd velim facere, poſſim. Volo ergo & de ſidero perpetuo ſeruire & ſubditus eſſe tibi. Cōſiteor autē te per diuinā præſentiam tuā vbiq; et in me quoq; exiſtere. Sed nunquid dignū erat o factor oīs creaturæ, vt ſic vnires te facturæ tuæ? Nunquid hoc meruimus? O vita animæ meæ, ſi eſſem modo hoc totū, quod tu es, libens creatura fieri vellem, vt tu dñe Deus creator meus, fieri poſſes hoc ipſum, quod nunc es: quatenus & ego & oēs rationales creaturæ tibi perpetuo ſeruire poſſemus. Nihil iā vltorius facere poſſum, quippe qui ſine tuo auxilio nihil oīno poſſum. Ideoq; in tuā diuinam abyſſum (in quā multos amantes ſpūs abſorbuiſti) me immergo, rogans te vt me per amariffimā paſſionem tuā mūdes, & ruinā peccatorū meorū ſuſcipias, perq; abyſſalē miſericordiā tuā liquefacias & trāsformes me in te, vt pacem & gaudiū in me habere poſſis.

Exercitium vnionis cordis noſtri cum  
Deo. Cap. XXXII.

**S**equitur iam interna quedam vnio cū Deo, & ſimplex exercitiū cordis, per quod in occultum ſpūs fundum introducimur, & totaliter in Deū cum ſpū, anima & corpore transformamur. Spūs qdē in vitā ſupereſſentialē in diuinæ veritatis agnitionē, in diuinæ bonitatis amore, & in internū quoddā ſilentium, in q̄ etiam arcano verba audiuntur: anima vero in debitam omnium virium ſuarum in locis ſuis ordinatiōnem, & omnium virtutū perfectionē: corpus de

DD iiij niq;



MARGARITAE EVANG.

niq̄ in castitatē, & oīs boni operationē transfor-  
 matur. Et istud est fundamentū & origo oīm spi-  
 ritualiū exercitiōrū, per q̄d etiā conseruantur, &  
 in q̄ oēs spiritales ac mystici sensus latēt. Est quo-  
 que ars oīs perfectionis, de qua per totum hūc li-  
 brum tractatur, ne (q̄d absit) extra viā veritatis  
 deuiemus. Porro, si forte cōtinue quis istud exer-  
 cere non poterit, curet saltem vt vel tribus vice-  
 bus istud in die exerceat, mane videlicet, meri-  
 die & vespere: quatenus omnipotēs Deus prima  
 eius cogitatio mane, & vltima vespere sit: & eti-  
 am in meridie cor suum in Deum conuertat, sic-  
 que Deo suo adhærere, & vnus cū ipso sp̄s, &  
 cum Christo vnū corpus effici valebit. ¶ Deni-  
 que pro huius exercitiij euidētiorē intellectu, qua-  
 liter videlicet nos per hoc in Deum transire  
 debeamus, notanda sunt ea, quæ sequuntur. Pri-  
 mo, quando cū interna aspiratione dicitur: Credo  
 in Deum, tunc spiritus noster extra tempus  
 in æternitatem, id est, extra creatam naturam su-  
 am & extra seipsum, in increatum illud bonū,  
 Deū videlicet optimū maximum sese inclinare,  
 & in nudo animæ fundo in indepicta nuditate  
 simplicem illam veritatem adorare debet. Secū-  
 do, in hoc exercitio beatissimam Trinitatem, ad  
 cuius imaginem facti sumus, adoramus, a qua  
 etiam agimur, vt vnus cum Deo spiritus effici-  
 mur. Tertio, per merita sanctissimæ humanita-  
 tis suæ, per quā redempti sumus, obsecramus vt  
 per eadē Deo rursus vniri possimus, per cuius  
 gaudiosum spiritum noster spiritus libertati res-  
 tituitur, & in diuinam originem suam redue-  
 tur: per cuius sacrosanctam animā nostra aīa cū  
 omnibus vīribus suis reformatur. Per cuius etiam



LIBER III.

mundissimum ac patientissimum corpus, nostrum  
denuo corpus cum omnibus membris eius emū  
darur, vt cum ipso vnum corpus esse queamus.  
Quarto, petimus vt venerabile sacramentum  
spiritualiter nobis detur, idque per dignissimam  
præparationem suam, quam in vltima cœna ex  
hibuit, quando seipsum ad seipsum dignissime  
accepit, Deus videlicet seipsum Deum sumen-  
do. Rogamus autem eum, vt per virtutem intra  
nos habitantis diuinitatis suæ seipsum ad seipm  
in nobis & per nos secundum humanitatem su-  
am in eodem venerabili sacramento recipere di-  
gnetur. Quinto, oramus Deum, vt per sanctissi-  
ma merita sua in nobis & per nos operari ve-  
lit, sicut per sanctissimam humanitatem suam  
operarus est, nosque conformes omni laudi &  
exercitio virtutum, quæ a sancta ecclesia quo-  
cunque tempore peraguntur, efficiat, & ea-  
dem in nobis & per nos ad gloriam suam per-  
ficiat.

Deuotissimum cordis exercitium, de quo  
præfati sumus, per quod mediante fide,  
continue in Dei præsentia permane-  
mus, & ipsum in spiritu adoramus, at-  
que in Christum Iesum transforma-  
mur.

**C**redo in Deum. O benedicte Deus, ab æ- Ad diu-  
terno in te increatus fui. Quando vero pla- nitatem.  
cuit tibi, ad imaginem tuam me fecisti, te  
que mecum vnijsti, & es vita animæ meæ, nec  
vnquam a me recedes: me quoq; vel in gaudijs  
DD v vel



MARGARITAE EVANG.

vel in tormentis perenniter viuere facies. Cum ergo o benedicte Deus vita sis animæ meæ, & ipsa te repellere non possum. Gratiam quidem & amicitiam, non autem præsentiam tuam, amittere queo. Et cum sis summum ac immobile bonum, immotus in te permanens, irritare te non valeo. Iustus tamē & misericors, qui nullum malum impunitum, nullum bonum irremuneratum abire permittes. Quare autem o benedicte Deus sic te mecū vnire dignatus es? Quia videlicet sine te nullum bonum perficere, & sine gratia tua nullum malū valeo deuitare. Quare ergo o benedicte Deus mecum manere vis, & ideo te mecum vnisti, quod me libenter adiuuare velis, rogo propterea bonitatem tuam domine Deus meus, adiuua me, vt quæcunq; placita sunt tibi, perficere, quæ vero displicent, diligentius valeam præcauere; quatenus te intra me habitare, meq; pro tuo gratissimo beneplacito vt delectet.

Hic adoratur sancta Trinitas.  
Pater.

¶ O benedicte pater cœlestis, qui es & manere vis in memoria mea, rogo paternam fidelitatem tuam, vt per sapientiam filij tui, et amorem spiritus sancti tui, adiuues me, vt nihil aliud, quod tu vis, cogitare, desiderare ac in memoria retinere possim.

Filius.

¶ O fili Dei altissimi, qui es & manere vis in intellectu meo, adiuua me per potentiam patris tui & amorem spiritus sancti tui, vt nihil aliud, nisi quod tu vis, discere, intelligere & cognoscere possim.

Spiritus sanctus.

¶ O benignissime spiritus sancte Deus, qui es & manere vis in libera voluntate mea, adiuua me per potentiam patris, sapientiamque & amicitiam



## LIBER III.

merita filij, vt nil aliud, nisi quod tu vis, loqui, facere, dimittere & pati valeam. Tu enim vtri usque, patris videlicet & filij es spiritus. O pater, o fili, o spiritus sancte, qui es trinus in personis, & vnus inseparabilis, æternus ac verus Deus, rogo ineffabilem bonitatem tuam, vt sic me vire, & in gratia ac dilectione tua conseruare velis, vt nihil me vnquam a gratia & dilectione tua retrahere queat, sed vt in eis viuere simul ac mori possim.

**Q**uod pater in manus tuas commendo spiritum meum: rogans te per merita humani gaudiosi spiritus tui bone Iesu, vt lucere sinas diuinitatem tuam per spiritum meum, ipsumque totaliter tranquillum, hilarem & liberum efficias: quatenus diuinitatem tuam in ipso quiescere delectet ad gloriam tuam. Rogans item per merita sanctæ ac dolorosæ animæ tuæ, vt eandem diuinitatem tuam deorsum radiare sinas in animam meam, ipsamque totaliter sanctam, pacificam & hilarem reddas: quatenus diuinitas tua in ipsa sedere delectetur ad honorem tuum. Rogans denique o benedicte Deus per merita vulnerati purissimique corporis tui, vt transradicare facias eandem diuinitatem tuam per corpus meum, illudque totaliter mundum, pacatum & lætum efficias, vt diuinitatis tuæ delicia sint habitare in ipso, instar regis alicuius in tabernaculo suo. Quod ex intimo cordis mei tibi dulcissime domine Deus præ omnibus quam optime faueo: quatenus videlicet in me recreari, & pacem simul ac gaudium iam habere queas. Vtque hoc liberius possis, taber-

Hic ora  
mus per  
merita  
humani  
tatis Chri  
sti, vt v  
num cū  
ipso effi  
ciamur,



MARGARITAE EVANG.

tabernaculum istud corporis mei cum omni celesti exercitu circumvallare digneris, qui illud custodiat, ne quid forte committam, quod omni potenti maiestati tuæ displiceat, lumenque tuum in me obfuscet, pacemque perturbet. **O** benedicte Deus, cum sis in me, & manere velis; per sanctissima merita tua te rogo, vt diuinitatem tuam in me & per me radiare sinas, omnesque procul hostes tuos visibiles ac inuisibiles, q̄ me seducere, & a gratia tua auertere possent, a me repellas. Equidem non inimicus, sed plane amicus tuus esse desidero: petens humiliter, vt omnium eorum, quibus gratiam & amicitiam tuam vnquam perdi, veram cognitionem & dolorem, puram confessionem, & synceram commendationem mihi largiri digneris: quatenus in gratia tua viuere simul ac mori possim, qui es summum ac optimum bonum, solatium atq; refugium meum.

Hic oramus pro spirituali communi-  
one.

**E**nimvero cum intra me sis per diuinitatem tuam o benedicte domine Deus meus, suppliciter oro bonitatem tuam, vt te ipsum ad te ipsum in venerabili sacramento intra me iuxta desiderium tuum in tam sublimi ac dignissimo amore, quali te ipsum in coena illa vltima sumpisti, suscipere digneris, vt sic totus valeam murari in te. Idque per merita gaudiosi spiritus tui, doloris animæ tuæ, & sacri vulnerati corporis tui. Per quæ etiam indulgeri mihi depono, quicquid in te peccando deliqui, & poenam omnem, quam pro peccatis meis hic vel in futuro sustinere merui, penitus exolue. Sed & sacris virtutibus tuis me exornes, tamque mundum & acceptum facias, vt te in me habitare delectet pro omni tristitia,



LIBER III.

tia, quam propter me ex amore sustinuisti. Idque pro qualicumque gratitudine, quod me creare, te dimere & cibare dignatus es. ¶ Cæterum cum meipso charius aliquid dare non possim, meipsum do totum immensæ bonitati tuæ, ut mecum seruare possis cœnam tuam: quæ adeo bona est, quod cuiusque eam præstiteris, bonis dapibus reficitur, a peccatis omnibus præseruatur & a te summo bono agitur ac possidetur. O benedicte Deus, cum sis in me, mecumque manere velis, humiliter oro ut voto tuo satisfaciens mecum maneat cum amore ac gratia, quatenus in me pacem semper & gaudium habere possis: ut sic esse valeam homo secundum cor tuum: in quo benedicta diuinitas tua, velut in aureo throno commoretur ad gloriam tuam. Quod mihi præstare digneris pro meritis gaudiosi spiritus tui, sanctæ ac dolorosæ animæ tuæ, & sacri vulnerati corporis tui.

¶ Cum ergo o benedicte Deus, te sic mecum vnieris, attentius oro ut cuncta quæ mihi facienda incumbunt, in me videlicet & per me loqui & operari digneris, ac perficere intus & exterius omnia opera illa, sicut per sanctissimam humanitatem tuam locutus es & operatus: in tam perfecto scilicet amore, in tam profunda humilitate, simplici obedientia, longanimi patientia, ad tantam quoque laudem & gloriam infinitæ diuinitatis tuæ, quibus cuncta opera tua perficiebas. Ita queso operare & renoua nunc in me omnia opera tua secundum acceptissimam voluntatem ac beneplacitum tuum, & dirige omnes cogitationes, verba & opera mea in viam sanctissimæ vitæ & passionis tuæ: imprimens me in crucifi-

Vt Deus  
opera no  
stra in no  
bis & p  
nos ope  
rari di  
gnetur.



## MARGARITAE EVANG.

crucifixam imaginem tuam, & includens ac abscondens me in intimis tuis, in quæ tam profunde immergas me & absorbeas, vt meipsum & omnium rerum obliuiscar, liber ab omnibus infimis rebus permaneam, in amorosis amplexibus tuis suauiter requiescam, internam & externam operationem tuam sustineam. Et dona mihi vt nunquam inde me, vel in prosperis, vel in aduersis extroueram. Quod vt melius possim, me tibi alliges, quæso fortissimo vinculo amoris illius, qui tres personas in vnitæ diuinæ essentiæ colligauit, teq; in humanitate assumpta fortiter vinxit ad patiendum pro salute nostra. Præfate itaque orationes memoriæ sunt commendandæ, & sæpius exercendæ, vt sic iugiter in nobis permaneant, & nos cum Christi diuinitate simul ac humanitate, perpetua adhæsione vniti simus, sicque in intimis domini nostri Iesu Christi commoremur, in quibus nimirum omnis vita & passio illius nobis clarius relucet: per quæ liber ille melius intelligitur, & ad quæ omnis libri huius doctrina tendit atq; finitur.

Vnio cordis breuior pro his, qui alijs occupati diu vacare non possunt.

Cap. XXXIII.

**V**NVM omnino necessarium est, quod est abstractio. Verbi gratia: Quando diligentiam suam in exterioribus negocijs aliquis impendit, tunc inde cursum auertere, omnia in Deum projicere, & paternæ eius providentiæ sine sollicitudine vel perturbatiõe committere, ne quicquam amplius inde cogitare debet: sed cum  
dulci



LIBER III.

dulci corde adorare dominum Deum suum in  
 spiritu suo presentem. Nunquam enim pacē vē  
 ram obtinere quis poterit, donec eo perueniat,  
 vbi ab æterno increatus extitit: hoc est, in Deum  
 suum. Quamobrem nec ipse Deus altissimus vo  
 luit, vt nos charissimi filij eius ipsum fidelissimū  
 patrem nostrum longius quereremus, sed nos ad  
 imaginem suam fecit, secumq; vniuit, vt ipsum  
 in spiritu nostro presentem semper inuenire &  
 adorare, omnes ei necessitates nostras in omni lo  
 co aperire, & quicquid ad gloriam eius & salu  
 tem nostram facere tenemur, adimplere & perficere  
 possimus. Ideoque frequenter, mane præfer  
 tim & vesperi, modo sequenti cum Deo nos v  
 nire debemus: in Deo proinde sicut & ipse in no  
 bis pacem habituri. **O** benedicte Deus, si quid  
 benefeci, de hoc tibi soli sit omnis laus & glo  
 ria. Quæ vero male egi, cuncta mihi clementer  
 ignoscas, & inde faciem tuam auertas, obsecro.  
 Ecce enim dulcissime Deus meus, amicus tuus  
 & nō inimicus esse desidero. Vbi ergo es suavis  
 sine dñe Deus meus? Nimirū præsens semper in  
 spiritu meo, & es vita animæ meæ, mecumq; per  
 æniter vis pmanere. **O** benedicte Deus ab æter  
 no in te increatus extiti, iam vero te ipsum mecū  
 vniisti. Rogo proinde bonitatē tuā, trahere me to  
 tum in te cū spiritu, anima & corpore: idq; p te,  
 id est, p merita humani gaudiosi spiritus tui, san  
 ctæ ac dolorosæ animæ tuæ, & sacri vulnerati  
 corporis tui: et propter te, ad tuam videlicet glo  
 riā in meo spiritu, tuum honorē in mea anima,  
 & tuas delicias in meo corpore. Sicq; te ipsum ad  
 te ipsum in me quoties tibi placuerit, in venera  
 bili sacramēto suscipias, mutās meipm totaliter  
 in te,



MARGARITAE EVANG.

In te, faciensque me hominem secundum cor meum, prout hoc, licet indignissimus sim, ex intimo cordis mei desidero & concupisco. Denique per meritum humani gaudiosi spiritus tui, sanctae ac dolorosae animae tuae, & sacri vulnerati corporis tui dimitte mihi omnia delicta mea, & exolve quicquid proinde sustinere merui & hic & in futuro. Sacris quoque virtutibus tuis me exorna, tamque me purum ac idoneum effice, ut benedictam diuinitatem tuam iugiter in me manere, teque ipsum in venerabili sacramento intra me suscipere delectet, faciasque me eius amore languere. Et hoc pro qualicumque gratitudine, quod me creare, redimere ac teipso reflecti dignatus es. Porro, cum meipso charius aliquid dare non possim, meipsum totum offero ac redemptum immensae bonitati tuae, ut coenam tuam cum seruare possis, quae profecto a deo bona est, ut quisquis eam perceperit, satis abunde prosperetur, a peccatis & scadalibus praeseruetur, & aeterna felicitate dotetur.

Qualiter sepius orare per diem debeamus, ut Deus in nobis pacem & gaudium habere possit. Cap. XXXIII

**C**redo in Deum. O benedictae Deus, credere toto corde desidero, quicquid me credere vis. Credo quod intra me & sis & manere velis. Ideoque & humiliter oro, ut per gratiam tuam iugiter in me permanear, quatenus pacem & gaudium in me habere possis, & sanctissimam diuinitatem tuam in me velut in throno suo per merita sanctissimae humanitatis tuae habitare delectet. Et quia intra me es, vira ex-



LIBER III.

stans animæ meæ, ideo te rogo, vt in me & per me lucere, ambulare, loqui & operari quæcunq; tibi sunt placita, digneris. Et per sanctissimã humanitatem tuam, quam ex beatissima virgine Maria assumpsisti, permitte diuinitatem in me & per me lucere, sicut Hierosolymis in templo ex te radiabat. Omnesque tam visibiles, quam inuisibiles hostes meos, qui me auertere vel abducere possent a gratia tua, fuga a me: quatenus in eadem gratia tua viuere & mori possim. O summum & optimum bonum meum, vnicum solatium & refugium meum, fac me quæso mitem & humilem corde. Fac me (inquam) præ mortificatione viuum, præ patientia hilarẽ, præ simplicitate prudẽtem, præ paupertate diuitem, & præ humilitate fortem: vt sic in te totaliter & omnino transformari valeam.

De tribus, quæ in exercitio nostro habere debemus. Cap. XXXV.

**T**Ria in exercitio nostro habere debemus: Primum erit in nobis continuum, videlicet interna quædam vnio cum Deo, vt vnus cum ipso spiritus permaneamus, hoc qui sequitur modo: **O** domine Deus meus, perfecte te laudare nō sufficio, sed rogo vt te ipsum in me laudare velis, sicut & ab æterno fecisti. Confiteor enim domine, quod sis vita animæ meæ, quã reficis sine cessatione ex diuina essentia tua, quoties aut emitto vel attraho anhelitum: quodque sis in me, viuificans animam meam. Desidero itaque momentis singulis exire meip̄m in te, cum omnimoda proprię volūtatis ac illius quod sum

EE & omni-



MARGARITAE EVANG.

& omnium rerum abnegatione. Meque tibi totaliter resigno cum anima & corpore, ad faciendum mecum amabilissimam voluntatem tuam, in tempore & æternitate. Sed quoniam tantus rãp̃ sublimis existis, vt sis omnia in omnibus, laudare te non sufficio propter paruitatem meam. Et quia nihil eorum es, quæ vel cogitari, vel intelligi, scribi vel dici possunt, quomodo te laudare debeam, ignoro. Veruntamen, cum a laudibus tuis, quamuis peccator, cessare non debeam, laudo & glorifico te o cœlestis pater, tibi que gratias ago pro omnibus bonis, quæ per sapientiam & merita filij tui, & amorem sancti spiritus tui in cœlo & in terra dignatus es vnquam operari. Rogoque te per viscera misericordie tuæ, in quibus visitasti nos per dilectissimum filium tuum carne propter nos mortali indutum, transforma me totum in te, nec finas me viuere absque te. Singulas quoque anhelitus mei intractationes, siue vigilem, siue dormiam, suscipias pro intimo orationis suspirio languentis post te anime mee; singulasque eiusdem emissiones, pro ignita ac lucida flamma laudis tuæ, cum lumine fidei, spei & charitatis ad te ascendentis: meque vnias tecum in clara cognitione, in perfecto amore, & in quieta fruitione ad gloriam tuam, vt in me pacem & gaudiũ semper & vbiq; habere possis.

De altero, quod habere debemus ad horas canonicas, & oratio ante horas dicenda.

Cap. XXXVI.

**A**lterum statutis ac certis temporibus habere debemus, meditationem videlicet ad septem horas canonicas dominicæ passionis.



### LIBER III.

nis. Porro, ante horas sic orabimus: **O** pater  
 amantissime domine Iesu Christe, dignare per  
 paternam bonitatem tuam cum diuina gratia  
 tua præparare fundum animæ meæ, corq; & sen-  
 sus meos ab omni re inutili exoccupare, quatenus  
 in diuina pariter ac humana præsentia tua digne  
 me habere possim. O dulcissime domine Deus  
 meus, laus, honor, gloria ac perennis gratiarum  
 actio sit tibi pro omni pœna ac dolore, quam in  
 hac hora pro mei reconciliatione sustinuisti. A-  
 peri domine labia mea, & lauda teipsum p me  
 cum omnibus angelis atq; beatis. **E**xpleto di-  
 uino officio dic orationem sequentem, pro qua  
 remissio omnium negligentiarum in diuini offi-  
 cij per solutione cõceditur. **S**acrosanctæ & in-  
 diuiduæ Trinitati, crucifixi dñi nostri Iesu Chri-  
 sti humanitati, beatissimæ Mariæ virginis foe-  
 cunditati, & omnium sanctorum vniuersitati, sic  
 sempiterna laus, honor, virtus & gloria ab omni  
 creatura: nobisq; remissio omnium peccatorum  
 per infinita seculor; secula, Amen. Et beata vis-  
 cera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni pa-  
 tris filium. Et beata vbera, quæ lactauerunt Chri-  
 stum dñm nostrum, Amen. Pater noster, & Aue  
 Maria, pro felici statu summi pontificis, & toti  
 us ecclesiæ catholicæ.

#### Ad matutinas.

**L**aus, gloria et perennis gratiarum actio sit  
 tibi o summa & indiuisa sanctissima Tri-  
 nitas, domine Deus meus. Gratias ago  
 tibi o æterne pater pro omnibus pœnis ac do-  
 loribus, quas hora matutina pro nostri re-  
 cõciliatione per amorem sancti spiritus tui susti-  
 nuit

EE ij



## MARGARITAE EVANG.

nuit dilectissimus filius tuus. O dulcis ac superdulcissime Deus, utinam tibi condignas agere gratias possem pro diuina illa sublimi, incomprehensibili ac æterna generatione, in qua filius tuus tibi coæternus, a te Deo patre suo in illo (nunc) sempiterno sine cessatione generatur. Sed quid o dilectissime, quid (inquã) est hæc æterna generatio? Nonne hæc est, in qua Deus seipsum cognoscit, & essentiam suam funditus intelligit? Plane hæc est æterna ex Deo patre filij generatio. Et enim per omnisciam sapientiam suam pater plene cognoscit dignissimam & omnipotentem potentiam suam. Quicquid enim viuit, in filio viuit, qui est verbum patris. Et verbum Deus est, & spiritus sanctus Deus est & complacentia vtriusque. Non tamen tres dii, sed vnus est Deus. Et altissimum hoc verbum caro factum est ex beneplacito spiritus sancti. ¶ Hic itaque nunc gratias age Deo tuo, quod videlicet hæc tibi veraciter credere concessit. Inde iam procede ad eam, quæ ex purissima virgine est, temporale domini natiuitatem: hicque attende, qualiter in nocte, in exteris regionibus, in magna paupertate, frigidissimo tempore & stabulo communi nasci voluerit. Attende etiam longa suspiria & desideria patriarcharum & prophetarum, orans ipsum, ut cor tuum aptum & idoneum facere dignetur, in quo omni tempore spiritualiter nasci possit. Considera hic etiam eius captiuitatem, rogans eum, ut te amoris sui vinculis constringere, capereque dignetur. Denique & eius a morte resurrectionem attende, feruentius orans, ut te & alios omnes a morte culpæ resuscitet, ut sicut ipse per virtutem & gloriam Dei patris resurrexit a morte



### LIBER III.

mortuis, ita & nos resurgere, & in nouitate vitæ ambulare possimus.

#### Ad primam.

**H**Ora prima, dominum Deum tuum sedulo cum pastoribus inquirere debes, orans vt det tibi ipsum semper in vera cordis simplicitate quærere. Attendere etiam, qualiter coram Pilato accusatus fuit, & quomodo sese tunc habuit. Rogans vt per iniustam sui accusationem donet tibi semper agnoscere culpam tuam. Quærere nihilo minus ipsum cum Magdalena in sepulchro, petēs ab ipso, vt cor tuum amoris sui iaculo trāsfigat, quo ipsum ad instar eiusdem beatissimæ Magdalena quærere & inuenire possis.

#### Ad tertiam.

**T**ertia hora, cum magis ipsum suppliciter adorabis, orans, vt det tibi ipsum semper adorare in spiritu tuo, offerreque ei myrrham veræ poenitentia, thus deuotionis, & diuinæ charitatis aurum. Tunc etiam crudelem illā domini tui flagellationem, coronationemq; perpendes, orans vt per has præstet tibi cū vera cordis & corporis puritate illi deservire. Attendas etiam, qualiter hac hora spiritus sanctus veniēs, corda discipulorum diuini amoris sui igne succendit, ipsosq; adeo confortauit ac confirmauit, vt omnes persecutiones, omnemq; aduersitatē sustinere possent, & omnem sui contemptum desiderarent. Et hic deuotius ora, vt te septem donis spiritus sancti exornare, & cor tuum amoris sui igne succedere velit: quatenus omnem iram, furorē ac persecutionē æquanimiter ferre possis.

EE ij Ad



## MARGARITAE EVANG.

### Ad sextam.

**S**exta hora dñs Iesus a matre sua in templo fuit oblatuſ, & beati Simeonis vlnis exceptuſ. Per quæ roges ipſum, vt te in vlna diuinae miſericordiæ ſuæ recipere, & in diuina pace ſua iugiter requieſcere tibi preſtare dignetur. Hac etiam hora dominuſ crucifixuſ, ſeipſum in altari crucis obtulit. Per quod ipſum deprecari vt tibi gratiam veræ patientiæ largiatur, teque velut hoſtiam viuam in cruce tribulationis ſuſcipiat. Hac hora poſt reſurrectionem ſuam dominuſ diſcipuliſ recumbentibuſ ac manducantibuſ apparuit, & exprobrauit eiſ incredulitatē ipſorum. Per quæ roges eum, vt omnem a te inſidelitatem auferens, diuinoſ inſtinctuſ ſuoſ ſequi te faciat, quatenuſ ex hiſ omnem infirmitatē tuam agnoſcere, & diuinaſ eiſ increpationeſ obſeruare queaſ.

### Ad nonam.

**H**ora nona dominuſ Ieſuſ ſpirituſ ſuum pro ſacrificio in altari crucis cū clamore valido & lachrymiſ offerens, exaudituſ eſt pro ſua reuerentia, & totiuſ mūdi ſoluit delicta. Per qđ ipſum deprecariſ, vt in diuina pace ſua te cuſtodiat. Hac hora dominuſ Mattheum & Magdalenam vocans, peccata eiſ omnia dimiſit. Per quod oreſ ipſum, vt & tibi cuncta peccata tua dimittat, & veræ pœnitentiæ gratiam largiatur, & hic pro omnibuſ totiuſ mundi peccatiſ & iniquitatibuſ diuinam miſericordiam interpelleſ. Hac etiam hora Chriſtuſ ad cœloſ alta cōſcendens, portaſ cœli reſerauit. Per quod ipſum roges, vt humilitatem ouium ſuarum eoſ perducat.



LIBER III.

perducatur, quo terræ sublimitas ascendit.

Ad vespervas.

**H**Ora vesperarum beatissima virgo Maria cum Ioseph sponso suo Bethleem veniens, hospitium inuenire non potuit. Roga propterea dominum tuum, vt ad hospitium animæ tuæ venire dignetur. Hac hora dñs de cruce depositus, in matris suæ sinu collocatur. Hac etiam hora duobus illis discipulis in Emaus euntibus apprensus, eisdem scripturas aperuit. Per quod ipsum deprecari, vt abdita scripturarum tibi pandere velit, quatenus diuinam voluntatē eius semper agnoscere, diuinas increpationes illius obseruare, & acceptissimum eius beneplacitum adimplere possis: vtque cor tuum amore suo succendat, sicut discipulorum illorum corda succendit.

Ad completorium.

**H**Ora completorii domina mundi gloriosa virgo Maria ad domum communem & stabulum illud deducta, sublimi de æterna generatione contēplationi vacabat. Hac hora cœnam vltimā Christus faciens, dignissimū corporis sui sacramentum instituit, apostolos sacerdotes fecit, et sermonem illum mellifluum de diuina charitate eructauit. Hac quoque hora dominus sepulture traditur, & post resurrectionem suam discipulis suis clausis ianuis apprensus, pacem eis annunciauit, spiritum sanctum insufflauit, & peccata dimittendi potestatem eis tribuit.

EE iij Quali



MARGARITAE EVANG.

Qualiter ad omnes horas nosipfos confiteri  
derare debeamus. Cap. XXXVII.

Ad matutinas.

**H**Ora matutina attendere & agnoscere debemus, vtrum virtus diuina extra carnis pigritiam in spiritus alacritatem, & extra cordis cæcitatem in diuinam claritatem nos subleuarit & attraxerit. Hicque duo puncta sequemur, studiosam videlicet diligentiam exterius in corpore, & spiritus exercitationem intus in diuino lumine.

Ad primam.

**H**Ora prima aduertere debemus, vtrum diuina sapientia in animas nostras profuserit, ita vt perfectum ac imperfectum nostrum agnoscere possimus. Et huc duo pertinent, scientia videlicet cordis, & innouatio spiritus.

Ad tertiam.

**T**ertia hora agnoscere debemus, vtrum ignis diuini amoris animam nostram omnesque vires illius perfluxerit, ita vt ad instar ignis omnia peccata nostra diuinus amor conflagrabit, quemadmodum ignis omnia tam magna, quam parua ligna consumit. Et huc duo spectant, lectio videlicet ad Deum desideria, & oratio deuota.

Ad sextam.

**S**exta hora attendere debemus, vtrum diuina largitas in animas nostras effluerit, ita vt amicos atque cognatos, animam & corpus, omnem delectationem & mundum vniuersum despiciamus.



### LIBER III.

ita vt nihil sit, quod nos impediatur. Ad quod nimirum duo requiruntur, solitudo videlicet, id est, abstractio & elongatio ab omni re creata, & stabilis immansio in summo illo bono, quod est ipse Deus.

#### Ad nonam.

**H**Ora nona considerare debemus, quid diuinitas in cruce operabatur, quomodo videlicet exhibebat nobis diuinam fidelitatem, paternum amorem ac miserationem erga genus humanum. Huc requiruntur esuries ac sitis ad Deum continua.

#### Ad vesperas.

**H**Ora vesperarum perpendere debemus, vtrum quies diuinitatis in animam effluerit, ita vt pacem seruemus cum Deo, cum nobis ipsis, & cum omnibus creaturis. Et huc duo spectant, filietium videlicet ac introuersio.

#### Ad completorium.

**H**Ora completorii agnoscere debemus, vtrum mirabilia Dei animam nostram perfuderint, ita vt eadem agnoscere possimus. Sunt autem quatuor stupenda & admiranda in Deo. Primum est, quod Deus homo, & homo quodam modo factus est Deus. Secundum, quod in cruce Deus Deum inuocabat. Tertium, quod mortuum corpus suum in sepulchro suscitauit, & denuo assumpsit. Quartum, quod sine alicuius adminiculo diuina virtute sua in coelum ferebatur. Et huc quatuor spectant, querere videlicet, inuenire, contemplari & frui. Et tunc anima, quod desiderat, habet.

De tertio, quod habere debemus in exercitio

EE v      citio



MARGARITAE EVANG.

citio nostro ad singulas quasq; horas, v  
delicet 24. diei ac noctis. Cap. XXXVIII.

**D**enicq; & ad singulas quasq; viginti qua-  
tuor horas exercere nos debemus. Ideoq;  
& horarum signa, modo quo sequitur, me-  
merabimus, quoties hora auditur, Deūq; admo-  
nebimus passionū illarū, quas illa hora in huma-  
nitate sua pro nobis ex amore sustinuit, eiq; pro  
his gratias referemus in spiritu nostro. Et si forte  
te signa horarū minime audimus, quotidie nihil  
lo minus semel eas deuote numerare debemus,  
ne vel vna saltem hora sine fructu pertranseat.  
Et tunc dñm rogabimus, vt horologium illud  
ita a nobis acceptare dignetur, sicut hoc a charis-  
simis amicis suis acceptaret, ipsumq; prodesse la-  
ciat omnibus generaliter viuīs atq; defunctis,  
& singulis singulariter, quasi hoc per seipso ex-  
ercitassent. ¶ Dignare o mi amantissime singu-  
lis quibusq; horis ita cor meū tangere ac co-  
mouere, vt amarissima passio tua & miserabilis  
dolor tuus inde nunq; recedant. O omnium charo-  
rum charissime, quidnā pro me ex vero amore  
hac hora sustinuisti? Prima hora cor tuū amoro-  
sum lancea perforauit. Vulnera quāso corda no-  
stra iaculis amoris tui. Secunda hora amicos tuos  
in lyngo diuino lumine exhilarasti. Illumina  
quāso animas nostras. Hora tertia de cruce de-  
positus, matris sinu excipiebaris. Aufer obsecro  
a nobis oēs iniquitates nostras, & tribue nobis  
diuinā gratiā tuā. Quarta hora vngebaris. Vn-  
ge nos vnctione sancti Spiritus tui. Quinta hora  
coenabas. Fac q̄sumus & nobiscū coenam tuā,  
& absorbe nos in diuinā essentiam tuā. Hora se-  
xta no-



## LIBER III.

ata nouū Testamentū instituisi, dans teipsum  
 nobis. Trāsmuta nos in te: & q̄a sine te nil possu-  
 mus, adiuua nos, vt præcepta tua exequi valea-  
 mus. Hora septima sepulturæ tradebaris. Sepeli-  
 nos in te, & te in nobis, & concludere sepulchrum  
 o mi amabilissime. Octaua hora ad passiōis cer-  
 tamina properabas. Da vt nūq̄ euacuetur in no-  
 bis fructus passiōis tuæ. Hora nona præ angu-  
 stia sanguinem & aquam sudabas. Laua nos in  
 sudore sanguinis tui. Hora decima in mortem te  
 vltro offerebas. Et ego cum omnibus creaturis  
 tuis in acceptissimam voluntatem tuam me of-  
 fero ac resigno. Hora vndecima tristabar is vsq̄  
 ad mortem, & ab angelo solatium qualecunque  
 recipere dignabar is. Per hoc quæso cōsolare om-  
 nes tribulatos, & afflictos viuos, & mortuos;  
 Hora duodecima capi ac vinciri te patiebaris.  
 Cape & cōstringe nos oēs obsecro vinculis a-  
 moris tui. ¶ Hora prima in nocte a discipulis tu-  
 is derelinquebaris. Ne quæso deferat nos vnquā  
 gratia tua. Hora secūda alapā in faciē excipie-  
 bas. Percute nos diuino timore tuo. Hora tertia  
 oculis velatis conspuebaris. Respice nos ocu-  
 lis infinitæ misericordiæ tuæ. Hora quarta diuer-  
 sas occultas pœnas ac passiōes sustinuisti, qua-  
 rū etiam te nūc admonco, rogans vt nos mūden-  
 ab occultis nostris tibi soli cognitis ac manife-  
 stis. Hora quinta falso accusabar is. Libera nos a  
 calumnijs dæmonum. Hora sexta miserabiliter  
 flagellabar is ac coronabar is. Libera nos a fla-  
 gellis immundorū spiritūū. Hora septima condē-  
 nabar is. Esto nobis iudex propiti9. Octaua hora  
 portās crucē tuā ad mortē properabas. Aufer a  
 nobis oīa pōdera peccatorū. Hora nona vestibus  
 exuaba-



MARGARITAE EVANG.

exuebaris, & clavis ad crucem affigebaris. Ne  
da nos ab omnibus impedimentis gratiæ tuæ, &  
cōfirma nos in charitate tua. Hora decima, cum  
cruce eleuabaris atq; dicebas: Pater ignosce il-  
lis, quia nesciunt quid faciunt; & mœrissimam  
matrem tuam consolabaris, & latroni paradu-  
sum promittebas. Erige in me quicquid contra-  
ctum est. Dimitte quicquid male egi. Recipe in  
gratiam omnes, qui desiderant gratiam, & om-  
nia mœrentia corda consolare. Hora undecima  
præ nimio cruciatu sitiebas; a diuinitate tua, &  
ab omni creatura relinquebaris, cunctaq; qua  
de te scripta erant, consummabas. Da nobis in-  
giter te sitire, nec vnquam nos deseras, sed per-  
fice in nobis quæcunque placita sunt tibi. Ho-  
ra duodecima spiritum tuum emittebas, com-  
mendans eum diuinitati tuæ. Rogo te dul-  
cissime domine Deus meus, per maximū illum  
terrorem ac desolationem, quam in hora mortis  
tuæ pro me, & pro nobis omnibus sustinuit, ad-  
iuua nos in hora mortis nostræ, & fac diuinita-  
tem tuam in nos & per nos lucere, vt territi fugi-  
ant a nobis omnes aduersarij nostri, Amen.

Qualiter Deum in spiritu adorare & passi-  
onem dominicam interius exercere de-  
beamus. Cap. XXXIX.

**P**assionem dominicam cum gratitudine &  
amore per modum orationis in spiritu  
in nudo animæ fundo sine imaginibus, in-  
videlicet vt in diuinitate & in agnitione super-  
sanctissimæ Trinitatis permaneamus, exercere  
debemus. Vnitas namq; Trinitatis per suam po-  
tentiam, sapientiam & amorem operata est in  
sanctissimæ



### LIBER III.

sanctissimam Christi humanitatem, per cuius  
passionem nos redempti sumus a domino, per  
cuius etiam merita nihil eorum, quæ petierimus,  
dummodo salutaria sint, nobis denegare potest.  
Ideoque sub missa vel alias tempore nobis placito  
introuertere nos debemus in spiritum nostrum,  
in quo beata Trinitas præsens adest, pater videlicet  
in memoria, filius in intellectu, & spiritus  
sanctus in voluntate. Quod nimirum credendo,  
in contemplationem superessentialem transferi  
mur. Nusquam enim Deum tam nude inuenire  
poterimus, sicut in ipsa nuda animæ essentia, in  
qua sanctus ille Esaias propheta ipsum inuenit,  
cum diceret: Domine omnia opera nostra opera  
tus es nobis. Et Hieremias, cum diceret: Tu in  
nobis es domine, & nomen tuum inuocatum est  
super nos. Moyses quoque cum facie ad faciem, spi-  
ritu videlicet ad spiritum secum loqueretur, &  
tabulas decalogi acciperet. Dauid etiam quum  
cantaret: Nisi quia dominus erat in nobis, forte  
uiuos deglutissent nos. Denique omnes sancti  
prophetæ hic ipsum inuenerunt, & in seipsis esse  
cognouerunt. Ideoque omnia verba sua & pro-  
phetias ipsi domino ascripserunt, dicentes sem-  
per, quoties aliqua bona proferebant: Hæc dicit  
dominus, abnegantes in hoc seipsos, & honorem  
domino tribuentes, quod & omnes homines fa-  
cere oportet, si domino placere velint. Omnes  
demum amici Dei hic ipsum inuenerunt, quot-  
quot videlicet ad unionem Dei pertingere, &  
coelestem patriam absque purgatorio ingredi po-  
tuerunt. ¶ Reuertendo proinde ad hoc, quod di-  
cere cœperam, quoties domino pro amarissima  
passione sua gratias agere volumus, in spiritum  
nostrum



MARGARITAE EVANG.

nostrum nos conuertere, & ipsum illic presentem esse credere debemus. Qui si tunc veri adoratores esse volumus, ipsum in spiritu & cum spiritu, cum memoria videlicet, intellectu, voluntate et amore adorabimus. Et tunc in tali oratione nonnunquam ipsa gloriosa Trinitas in animis viribus, quibus anima Deo simillima existit, se se manifestat: pater videlicet in memoria cum simplici cogitatu: filius in intellectu cum clara cognitione: & spiritus sanctus in voluntate cum amore, vnum faciens animam cum Deo. Et hic memoriam & intellectum cedere oportet, eo quod cogitare vel intelligere nequeunt ea, quae ibi sentiuntur. Purus vero amor cum ingenti desiderio solus intrare meretur. Et tunc anima ab omni peccato libera efficitur, & Deo in quodam occulto silentio vnitur: ab omni quoque peruersa intentione, & impura affectione exiit, & charitate denuo vestitur, ita vt iam in omnibus pure Dei honorem & proximorum salutem ac profectum desideret & intendat. Qua nimirum charitatis veste sacer Augustinus indutus erat, cum diceret: Amo, amo, nec vnquam amare desinam, donec ipsemet amor efficiar. Sciebat enim quod Deus charitas est, ideoque et ipse charitas siue amor esse volebat. Sanctus quoque Bernardus hoc charitatis indumento vestitus erat, quando dicebat: Ab eo tempore, quo Deum primo agnoscere & videre coepi, non mihi sufficiebat virtutes habere, sed minime cessauit, donec ipse virtus efficeret. Et quidem et ipse agnoscebat Deum esse virtutem, ideo ipse quoque virtus esse volebat. Denique hac veste S. Paulus indutus erat, cum diceret: Quis me separabit a charitate Christi, quae in me est? Siquidem



LIBER III.

dem & ipse nouerat, quod Deus omnipotēs, qui est ipsa vera charitas, intra se erat, quodque anima sua ex hac charitate & amore uiuebat. Ideo que impossibile fore dicebat, ut quisq̄ eū a charitate Dei separaret, quippe qui eiusdem charitatis vinculis constrictus & captus erat. Taliter ergo in nobis ipsis Deum adorare debemus, si a cœlesti patre diligi & amari desideramus.

Internæ de dominica vita & passione orationes. Cap. XL.

**G**RATIAS ago tibi, o pater cœlestis, q̄ cœlū & terram, & omnia, quæ in eis sunt, creasti atq̄ fecisti. Rogo te per omnia ea, quæ tibi placent in cœlo et in terra, reforma & restaura in me quicquid confractum est, idq̄ per sapientiam filij, & amorē spiritus sancti. ¶ Gratias ago tibi, o cœlestis pater, q̄ per amorē spūs sancti purissimā virginem Mariā idoneā & aptam fecisti, de qua filius tuus humanam naturā assumeret. Ita quæso capacem me fac gratiæ tuæ. ¶ Gratias ago tibi cœlestis pater, q̄ coeternum tibi verbū tuū, per amorē spiritus sancti tui in castissimo virginis Mariæ utero carnē assume fecisti. Et nunc admoneo te, o beata Trinitas, admirabilis operis illius, quod hic in gloriosa virgine es operatus, dulcissimæ videlicet cōmotionis purissimi amoris in ipsa, cōgregatiōis purissimi sanguinis, perfectionis omnium membrorum, creationis animæ rationalis cū clarissimo intellectu, lucidissima ratiōe, & perfecto amore, in q̄d etiā corpus & animā abyssum diuinitatis tuę infudisti, manēs nihilo minus in teipso immobilis et incōmutabilis diuinitas. Et propter nos in filio



## MARGARITAE EVANG.

filio tuo teneram humanitatem assumpſisti, ad operandum in ea salutē nostram, opus redemptionis nostræ. Rogo itaque te suavissime domine Deus meus per virtutem huius immutationis, transmuta me in te. Et omnes nos, pro quibus homo fieri dignatum est verbum tuum, effice secundum cor tuum: quatenus gaudium & pacem in me, & in omnibus habere possis. ¶ Gratias ago tibi, pater cœlestis, quod vnigenitus filius tuus per amorē spūs sancti tui verus Deus & verus homo natus est ex incontaminata virgine Maria matre sua, idq; in obscura nocte, in excelsis regionibus, in loco incongruo, in frigidissimo tempore, in maxima paupertate. Per quæ omnia te rogo, vt impleas & perficias in me, & in omnibus nobis intentionem & desiderium tuum, faciasq; vt æternum verbum tuum in nobis nascatur & operetur, ad quod cōditi sumus. ¶ Gratias ago tibi cœlestis pater, quod per amorem spiritus sancti tui filium tuum circumcidi voluisti. Circuncide quæso in me, quicquid displicet tibi. ¶ Gratias ago tibi, pater cœlestis, quod vnigenitum filium tuum per amorem spiritus sancti tui gentibus stella duce reuelasti. Illumina quæso cor meum lumine gratiæ tuæ. ¶ Gratias ago tibi cœlestis pater, quod per amorem spiritus sancti tui vnigenitum filium tuum a dilectissima matre sua pro gratissima oblatione suscepisti. Et totum me trado & offero in manus tuas. ¶ Gratias ago tibi pater cœlestis, quod vnigenitum filium tuum per amorem spiritus sancti tui triginta tribus annis propter me in hoc mundo vivere voluisti. Da mihi obsecro, per ipsum intrare in gaudium vitæ æternæ; idq; per infinitam



LIBER III.

misericordiam tuam. ¶ Gratias ago tibi pater  
 cœlestis, quod vnigenitum filium tuum propter  
 me capi et ligari permisisti, quodq; ipse me re-  
 demit per amorem sancti spiritus tui. Libera me  
 quæso ab æterna captiuitate, solue vincula pec-  
 catorum meorum, & erue me de laqueis damo-  
 num. ¶ Gratias ago tibi pater cœlestis, quod v-  
 nicum filium tuum per amorem sancti spiritus  
 tui propter me flagellari voluisti. Libera me ob-  
 secro ab æterna flagellatione, & de manibus ini-  
 micorum meorum, & laua me ab omnibus pec-  
 catis meis in effuso sanguine eius. ¶ Gratias a-  
 go tibi pater cœlestis, quod dilectissimū filium  
 tuum per amorem spiritus sancti tui spinis coro-  
 nari permisisti. Dignare quæso per hanc diram  
 coronationem ipsius, denuo coronare me gloria  
 sempiterna. ¶ Gratias ago tibi cœlestis pater, q̄  
 propter me per amorem spiritus sancti tui vni-  
 cum filium tuū crucifigi permisisti. Libera me  
 obsecro per hoc ab æterna dæmonum crucifixio-  
 ne. ¶ Gratias ago tibi pater cœlestis, quod pro-  
 pter me per amorem spiritus sancti tui vnicum  
 & dilectissimum filium tuū felle & aceto in mor-  
 tis angustia potari voluisti. Rogo bonitatē tu-  
 am domine Deus meus, vt per hoc reficere me  
 digneris ex infinita misericordia tua cibo salutis  
 æternæ. ¶ Gratias ago tibi cœlestis pater, quod  
 per amorem sancti spiritus tui propter me dile-  
 ctum vnigenitum filium tuum acerbissimam  
 mortem subire fecisti. Libera me quæso a morte  
 æterna. Rogo autem bonitatem tuam domine  
 Deus meus per maximas ac multiplices pœnas  
 & passiones eiusdem filij tui, effusionem quoq;  
 preciosi sanguinis sui, & amarissimam mortem  
 eius,

FR



MARGARITAE EVANG.

eius, assiste mihi in extrema & vltima necessitate  
te mea, Amen.

Hic adorabis beatissimam Trinitatem, tes  
que resignabis & vnies cum diuinitas  
te. Cap. XLI.

**G**ratias ago tibi pater coelestis, q̄ me per  
sapientiã filij tui, & amorem sancti spiri-  
tus tui de nihilo creasti. Sed vbinã quẽ lo,  
o coelestis pater, adorare te debeo in spũ meo.  
Ecce adoro & obsecro te existentem & manere  
volentem in memoria mea. Adiuua me, vt libẽ  
ter nihil aliud cogitem, desiderem & in memo-  
ria retineam, q̄ quod tu me cogitare, desiderare  
& in memoria vis retinere. Idẽ per sapientiam  
& merita filij tui, & amorem sancti spiritus tui.  
¶ Gratias ago tibi, o æterna Dei sapiẽtia, quod  
propter me homo fieri, & me perditum precioso  
sanguine tuo, & amara morte tua redimere dig-  
natus es. Vbi quãso vis vt te adorem. Ecce ad-  
oro & rogo te existentem & manere volentẽ in  
intellectu meo. Adiuua me per potentiã patris  
tui, & amorẽ spiritus sancti, q̄bus me redemisti,  
vt libẽter nihil aliud discã, intelligã siue cogno-  
scam, q̄ quod tu me vis scire, intelligere siue cog-  
noscere. ¶ Gratias ago tibi, o æterna bonitas  
Dei mei, quod me per sapientiam, & merita filij  
Dei, & patris potentiam cõfortare & consolari  
dignatus es. Vbi quãso o sancte spiritus, adora-  
re te debeo. Ecce suppliciter adoro & rogo te ex-  
istentem & manere volentem in libera volunta-  
te mea. Adiuua me, vt libenter nihil aliud lo-  
quar, faciam, dimittam, patiar, velim atq; con-  
sentiam, quam quod tu me vis loqui, facere, di-  
mittere



LIBER III.

mittere, pati, velle & consentire, idque per me-  
 rita & sapientiam filij Dei, & patris sui poten-  
 tiam. **O** pater, o fili, o spiritus sancte Deus. Ec-  
 ce tu es trinus in personis, et in essentia vnus ve-  
 rus inseparabilis Deus: & ego sum pauper crea-  
 tura tua. Rogo proinde bonitatem tuam, vnias  
 me sic tecum in gratia & charitate tua, vt me ni-  
 hil ab eis auellere possit, sed vt in eis viuere si-  
 mul ac mori valeā. O pater in manus tuas, hoc  
 est, in sapientiā & bonitatē tuā, q̄ sunt secundū  
 diuinitatē tuam manus tuæ, cōmendo spiritum  
 meū imaginē supersanctissimæ Trinitatis tuæ.  
**O** Deus vnice, æterne & increate. Rogo te per  
 merita creati humani spūs tui, fac per eū lucere  
 diuinitatē tuā in spūm meum, ipsumq; vere san-  
 ctū, tranquillū, hilarem, iucundū ac liberū effice,  
 quo benedicta diuinitas tua in ipso quiescere de-  
 lectetur. Et hoc ad gloriā tuam, vtq; te cū omni-  
 bus beatis spiritibus ex omni memoria mea di-  
 ligere possim. Rogo quoq; per merita sanctæ  
 ac dolorosæ animę tuæ, fac per eā radiare diuini-  
 tatē tuam in animā meam, eamq; totaliter paca-  
 tam ac hilarē redde, vt te ex cūctis animæ meæ  
 viribus cū oibus beatis animabus diligere vale-  
 am, sicq; benedicta diuinitas tua possidere dele-  
 ctetur animā meam. Et hoc ad honorē tuū. Ro-  
 go in super per merita sancti, vulnerati purissi-  
 miq; corporis tui, fac p̄ illud lucere diuinitatē tu-  
 am in corpus meū, ipm̄q; vere sc̄m, mundū, so-  
 briū & castū effice, q̄ te cū oibus bonis hoibus  
 ex toto corde meo cū oibus mēbris corporis mei  
 diligere queam, sicq; benedicta diuinitas tua in  
 me velut Imperator in tabernaculo suo com-  
 morari delectatur. Idq; ad delectationem tuam,  
 FF ij vt esse



MARGARITAE EVANG.

ut esse valeam homo secundum cor tuum, & tu  
Deus meus pacem & gaudiū in me habere pos-  
sis. ¶ Dignerisq; tabernaculum istud circumual-  
lare cum omni cœlesti exercitu tuo, qui sic illud  
custodiat, ne quicq; in ipsum admittam, quod dis-  
pliceat oculis tuæ diuinæ maiestatis, vel æternæ  
sapientiæ lumen obfuscet, aut pacem sancti spūs  
perturbet. Quatenus te delectet habitare in cor-  
pore meo ad delectationē tuā; sedere in aia mea  
ad honorē tuū, & requiescere in spiritu meo ad  
gloriam tuam. Custodi obsecro sanctum sanctu-  
ariū tuū, in q̄ temetipsum intra me vniisti. Cu-  
stodi ac protegeregnū tuum, nec sinas vlla alie-  
na simulachra occupare templū sanctum tuum.  
Magis autem exorna illud omni virtute morali,  
septem donis spūs sancti, octo beatitudinibus  
aiæ, & septē operibus misericordiæ: & da mihi  
perficere, quæ iussisti, vitare quæ prohibuisti, ac  
tota mentis intentione sequi consilia tua. Tribue  
quoq; mihi septem ecclesię tuæ sanctæ sacramē-  
ta cum digna præparatione suscipere, quatenus  
tuo vita animæ meæ pacem, & gaudium in me  
habere possis. Quod nulli magis faueo, quam ti-  
bi o domine Deus meus ex intimo corde meo.

Exercitium fidei pro spirituali communi-  
one. Cap. XLII.

**C**redo in Deum. Quod videlicet o benedi-  
cte Deus in mente tua ab æterno fueris  
increated, quodq; modo in me sis per diu-  
nam potentiam atq; præsentiam tuam, & in me  
libēter velis operari. Credo me prorsus indignū  
ad hoc, vt in me operari debeas cum diuinitate  
tua, nisi per sanctissimā humanitatē tuā, per mo-  
riā



## LIBER III.

rita videlicet humani spūs tui in meo spiritu: per  
 merita sanctæ ac dolorosæ aiæ tuæ in mea aiæ,  
 & per merita sancti ac purissimi corporis tui in  
 meo corpore me dignū facias. Credo in Deum.  
 Quod videlicet tu, o benedicte Deus, præsens  
 sis in venerabili sacramento cū glorificato cor-  
 pore, sanctissima anima, gaudio spū, totaq; di-  
 uinitate tua, idq; tam in cœlo, q̄ in hostia corpo-  
 ris tui, tā veraciter sicut sacratissimam carnē tu-  
 am sanctissimæ aiæ tuæ in die resurrectionis tue  
 copulasti, tamq; vere præsens ibidē cum tota di-  
 uinitate tua existis, sicut in cœlos ascendens. Per  
 hoc itaq; te suppliciter oro, clementissime Deus  
 vt in me existēs benedicte diuinitas tua seipsam  
 ad seipsam intra me in hoc venerabili sacramē-  
 to pro desiderio tuo in tanto amore suscipere di-  
 gnetur, quanto te ipsum in vltima cœna tua su-  
 scipisti, quatenus p̄ hoc benedicte diuinitas tua  
 me totaliter immutet, spiritū videlicet, animam  
 & corpus meum per præsentiam gaudio spūs  
 tui, sanctissimæ animæ tuæ & gloriosi corporis  
 tui in ipso sacramento latentiū. Etenī sacra testa-  
 tur scriptura: Cū sancto sanctus eris. Cum ergo  
 nullū sanctius corpus, nulla sanctior anima sit  
 sanctissimo corpore & anima tua, nullusq; pa-  
 cator & hilarior spūs humano spiritu tuo, qui  
 cū diuinitate tua semper vnitus erat (vñ & dice-  
 bas: Pater in manus tuas cōmendo spiritū meū,  
 tam plenū gaudio tunc in cruce, q̄ nunc in vene-  
 rabili sacramento existentē) rogo proinde te o a-  
 mabilissime dñe Deus per sanctissimā humani-  
 tatē tuam, vt me benedicte diuinitas tua immu-  
 tare, & secundū cor tuum efficere dignetur, qua-  
 tenus in me quiescere te delectet pro omni tristi-  
 tia,

FF iij



## MARGARITAE EVANG.

eta, cordis angustia, poenis atq; doloribus tuis, q; pro me ex amore in hac valle lachrymarū susti- nuisti. Et hoc pro qualicunq; gratitudine hic & in aeternitate. Dixisti siquidē, o amantissime, in il- la nouissima cœna tua, quādo te ipsum suscipiēs, nobis quoq; te ipsum dedisti. Desiderio desidera- ui hoc pascha manducare vobiscum. Sane im- pletum est domine desiderium tuum. Ecce enim & te ipsum suscepisti, & nobis quoq; te ipsum de- disti. Rogo itaq; te, o aeternae Deus, imple & nūc desiderium meum, & trāsmuta me in te, & cum gratia tua mane in me, vt ego in te & tu in me gaudium habere possimus, Amen.

Oratio interna de summo bono in nudo animæ fundo exercendo pro perfecto Dei amore obtinendo. Cap. XLIII.

**I**N nomine patris, & filij, & spiritus sancti Credo in Deū. O benedicte Deus, quis es tu? Summū vtiq; bonum, essentia omnis essen- tia, lumen omnis luminis, & vita omnis vite. O increata essentia omnis essentiaē dñe Deus me- us. Ecce te ipsum mecum vnijsti, volens vt per- petuo viuere & esse debeam, & es vita animæ meæ. Quia ergo te ipsum mecum vnijsti, volun- tatem meā totaliter proijcio in diuinā essentiam tuam, rogans te, vt me sic vti velis, sicut vti tūc poteras, qñ adhuc minime creatus erā. (Quærit spūs creatus) Quis es tu, o dñe Deus meus? (Re- spōdet summū bonū) Hoc soli mihi cognitū est. (Spūs) Nōne ad hoc me fecisti dñe, vt te ipsum per te ipsum cognoscā, cognoscendo diligā, & di- ligēdo fruār? Quis igitur es tu? Iussisti & vis vt te diligam. Sed quomodo diligere possim inco- gnit.



## LIBER III.

gnitū? Quis es obsecro dñe Deus meus? manife-  
 sta teipm mihi. (Summū bonū) Equidē æterna,  
 vnica, diuina, amabilis, dulcis, delectabilis, tran-  
 qlla, virtuosa, incōmutabilis, immobilis, & gau-  
 diofa sum essentia. Et talis essentialiter sum in te  
 & in omnibus hominibus, quippe qui vos oēs  
 ex æquo redemi. (Spiritus) Quare o dulcissime  
 sic intra me esse voluisti? (Summū bonū) Quia  
 licet ex te malum facere possis, bonum omnino  
 sine me non potes. (Spiritus) O domine Deus me-  
 us, creator et redemptor meus, per sanctissimam  
 amarissimamq; passionē tuam te obsecro, dimit-  
 te mihi omnia mala mea, in quibus me miseri-  
 corditer hucusq; tolerasti, nec eorū iam velis me-  
 mor esse amplius, sed fac me idoneum ad ado-  
 randum te in spiritu meo. ¶ O domine Deus  
 meus iussisti mihi, vt te diligam ex tota anima  
 mea, ex toto corde meo, & ex omnibus cogitatio-  
 nibus meis, & proximum meum sicut meipsum.  
 Sed istud sine auxilio tuo non possum. Ideoque  
 & petere me voluisti, & exaudire te promissi-  
 sti. Denique sic ais; Si duo ex vobis consenserint  
 super terrā, de omni re quācunq; petierint, fiet il-  
 lis. Nunc ergo, o dñe Deus meus, ecce hic coram  
 adsum cum anima, corpore & spiritu meo in di-  
 uina p̄sentia tua in simplicitate spūs mei, in qua  
 tu existis, rogās te per merita sacri vulnerati cor-  
 poris tui, fac lucere per illud diuinitatem tuam in  
 corpus meum, & da mihi sic te diligere, sicut te  
 diligunt charissimi in hoc mundo amici tui, hoc  
 est, ex toto corde meo: Rogo etiam per merita  
 sanctæ dolorosæ animæ tuæ, fac lucere per e-  
 am diuinitatem tuam in animam meam, & da  
 mihi tātō te amore proseq, quāto te sanctissimæ

FF iij ia



## MARGARITAE EVANG.

In caelestibus aīe prosequitur. i. diligere te ex tota anima mea. Rogo denique per merita deificati humani spiritus tui, fac radiare per eum diuinitatem tuam in spiritum meum, & fac me tam ardentem te amare, sicut supremi spiritus angelici te amant, id est, ex tota mente mea. Sicque diligam cum spiritu, anima & corpore meo. In spiritu quidem ad gloriam tuam, in anima ad honorem tuum, & in corpore ad delicias tuas. Oro in super dulcissime domine Deus meus, conuertere omnes peccatores, & consolare omnes desolatas animas in purgatorio detentas. Et lux aeterna, quae in eis est, & ipsis, & nobis omnibus luceat. Quodque pro me, petij largire vniuersis, quatenus omnes tecum vnum in vinculo dilectionis & pacis, & in vnitatem spiritus effici mereamur, o vnice, aeternae ac superdulcissime Deus, quies benedictus in secula, Amen.

Oratio interna pro venia peccatorum, pro susceptione venerabilis sacramenti, & pro puritate cordis. Cap. XLIII.

**C**redo in Deum. Quod videlicet tu domine in me existas, & vita sis animae meae, mecumque semper permanebis. Quālibet enim multa mala faciam vel feci, semper tecum secundum essentiam tuam permansisti, quippe cum sis vita animae meae. Sed nec in teipso turbatus mihi irasceris. Quia Deus immotus in teipso permanes. Attamen amicitiam tuam subtrahis animae peccanti, & lumen ei gratiae tuae infundere recusas, ipsumque lucere in ea non sinis, quā diu peccatis sponte inhaeret. Ideoque quāties me peccasse deprehendo, intus alioquin te Deum meum debeo, dicendo: O domine Deus meus



## LIBER III.

ecce nunc sentio in me quod displicet tibi. Rogo  
 proinde per amarissimam passionem tuam, da  
 vt vere doleam de omnibus illis, quibus perdidit  
 gratiam tuam, eaq; pure confitear, & nulla post  
 hac ratione committam. Equidem libenter ea co-  
 fiteri volo, speroq; me per gratiam tuam emen-  
 datius victurum, confido nihilo minus & in te  
 Deo meo, quod illa mihi libenter ignoscere ve-  
 lis. Nam & amicus tuus esse, & tecum in perpe-  
 tuum manere desidero. Sed quia sine te nihil pos-  
 sum, nec tamen sine libero consensu voluntatis  
 meae me saluare vis, ideo te deprecor suavissime  
 Deus meus, qui te ipsum mecum vnisti, mane in  
 me cum gratia tua, vt te in me quiescere delectet.

O benedicte Deus, credo quod quemadmo-  
 dum in me es per diuinitatem tuam, ita & in cu-  
 ctis rationalibus sis creaturis, factis ad imaginem  
 tuam. Turcis quoque & infidelibus, quippe qui  
 non es acceptor personarum. Sed et ipsi liberum  
 habent arbitrium suum, & tu eos in esse conser-  
 uas, nec discedis aliquando ab eis. Porro vita eo-  
 rum displicet tibi: ideoque & amicitiam tuam sub-  
 trahis ab eis. Nobis vero te ipsum reliquisti in su-  
 per sanctissimo sacramento tuo. Proinde quia nec  
 sine gratia tua, nec sine eiusdem perceptione sa-  
 cramenti (in quo est sanctissimum corpus tuum  
 & anima tua cum tota diuinitate tua) viuere pos-  
 sum, dignare reficere esurietem animam meam,  
 & refocillare sitibundum cor meum glorioso cor-  
 pore tuo, & anima tua, & benedicta diuinitate  
 tua in hoc ipso sacramento latentibus, quatenus  
 in te mutari, & in gratia ac dilectione tua vale-  
 am permanere. Sed & hoc da mihi domine De-  
 us meus, vt ipsum in tui memoriam suscipiam,

FFV tuæ



## MARGARITAE EVANG.

tue videlicet crucifixionis ac mortis. Denique per ineffabilem dolorem illum, quem in cruce sustinuisti, aufer a me omnes malas delectationes carnis meae, & adiuua me, vt nullam siue in caelo siue in terra delectationem requiram, & omnem poenam ac dolorem æquanimiter feram, vt sic te in me quiescere delectet. Sed & per magnam paupertatem illam, quã ex amore pro me in cruce & toto spacio vitæ tuæ sustinuisti, omnem in me rebus temporalium sitim & concupiscentiam extingue, et da mihi, quæ placita sunt tibi in aia et corpore. Quia tu solus, quibus indigeam, optime nosti. Ideoque & fiducialiter in te proiecio omnem curam & sollicitudinem meam, libenter facturus omnem voluntatem tuam. Postremo per maximam ignominiam illam, quam ex amore pro me in cruce sustinuisti, ita vt latrone te sceleratorem iudicarent, omnem a me ambitionem & animositatem repelle, quatenus in me honorent benedictum nomen tuum. Extrahe quoque ex me quicquid displicet tibi, & restitue mihi quaecumque placita sunt tibi, facque me hominem secundum cor tuum, vt sic tibi placere valeam, & tu te ipsum in me, quoties placuerit tibi, spiritualiter ac etiam sacramentaliter accipere possis. Quod tibi dulcissime domine Deus meus ex intimo faueo affectu cordis mei, nec vlli libentius quam tibi, quatenus in me iuxta voluntatem tuam per merita tua impleatur desiderium tuum. Amen.

Oratio pro humilitate ac patientia.  
Cap. XLV.

Da



## LIBER III.

**D**A mihi, o amabilissime domine Deus, ut  
 non sim superbus, sed magnanimus, inni-  
 tens auxilio gratiae tuae: non pusillanimis  
 sed humilis, de meipso semper humiliter sentiēdo:  
 Quicquid enim boni facio, non ego hoc operor,  
 sed tu in me et per me illud facis. Da igitur mihi  
 domine, ut de meipso semper humiliter sentiā,  
 sicque incessanter cogitem. O domine Deus, sine  
 te nil possum. Quicquid ergo bene feci, hoc tu  
 ipse fecisti, & de illo laus tibi sit & honor, quod  
 videlicet hoc bonum in me & per me es opera-  
 ri dignatus, quod ego nequaquam merui. Et si  
 fortasse hoc alij in peius interpretentur eisque dis-  
 pliceat, da quaeso ut hoc me minime perturbet.  
 Ego enim illud non feci, sed omnia opera nostra  
 tu operatus es nobis. Obsecro te o mi dilectissi-  
 me, adiuua me, ut propter neminem bonum ali-  
 quod omittam, & quoties praeter iustitiam aut  
 aequitatem aliquid sustineo, in vera patientia  
 perseuerē, considerans quod tecum & cū omni-  
 bus sanctis tuis eundem passionis calicem bibā.  
 Da quoque mihi, ut semper longanimis & humi-  
 lis existam, quatenus me tecum exhilarare pos-  
 sim. Hoc etenim ex corde faueo tibi o amantissi-  
 me. Tu namque solus me perfecte consolari potes. Bre-  
 uis autem & modica est omnis humana consolatio,  
 prout quotidiana experientia addisco. Maledictus  
 ergo qui confidit in homine. Non enim homines adiuuare  
 nos possunt. Sed Deus per ipsos nos adiuuat per gra-  
 tiam suam, quam per unum hominem alijs ministrat. Ne-  
 mo proinde in homine quicumque confidere debet. Soli  
 namque Deo omnis laus & honor pro omni beneficio  
 debet, qui et cor nostrum sine felle habere appetit.  
 Unde & ipsa saepius hoc pacto orare debemus:  
 O do-



## MARGARITAE EVANG.

O domine Deus meus, custodi obsecro cor meum, & aufer a me omnem in me obicem gratiae tuae, & restitue mihi, quicquid auget & nutrit in me gratiam tuam, vt in me pacem & gaudium habere possis. Quod tibi quam optime fauco, nec alicui libentius quam tibi, suauissime & perdulcissime domine Deus meus.

De tribus capitalibus vitijs mundi,  
& quid aduersum ea dominus pertulerit.

Cap. XLVI.

**I**N epistola sua sanctus Ioannes: Omne quod est in mundo (ait) concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & superbia vitæ. Contra hæc filius Dei tria valde grauiâ, pœnalia & ignominiosa sustinuit tormenta in omni vita, maxime autem in cruce sua. Et primo contra delectationem carnis omnem pœnalitatem a planta pedis vsque ad verticem capitis sui, sicut & per prophetam suum conqueritur, dicens: O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Secundo contra concupiscentiam oculorum, omnem pœnitentiam præsertim in cruce sustinuit, in qua mirum totus nudus ac nimium sitibundus peperdit, prout ipsemet querulatur, dicens: Vulpes huiusmodi ueras habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis nō habet, vbi caput suum reclinet. Tertio contra superbiam vitæ omnem contemptum, despectum, confusionem atque irrisionem sustinuit. De quibus ipse conqueritur, dicens: Propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. Hæc itaq; velut speculum ob oculos ponere



### LIBER III.

nere & in eis nos ipsos considerare debemus et attendere, vtrum etiam auarum & insatiabile habendi desiderium ita in nobis mortuum sit & extinctum, vt pro amore ipsius libenter & nos aliam quam inopiam patiamur. Et vtrum etiam voluptuosa carnis delectatio ita in nobis mortua sit, vt propter amorem ipsius libenter omni delectatione & sensualitate careamus. Et vtrum denique etiam crudelis ambitio adhuc in nobis viuat, ita vt alijs præferri & ab alijs honorari & reputari velimus, nec pro amore ipsius nos contempni patiamur. Quæ vbi intra nos deprehenderit, continuum inde in anima dolorem habere debemus. Si enim Christum veraciter sequi volumus, contemptum magis quam honorem sectari & amare debemus, id est, potius humiliorem ac infimum statum, vt Christum sequamur, quam altum aliquem, in quo ad superbiam erigi, & animas nostras commaculare possemus, eligere. Et potius infirmitatem, quam sanitatem, id est, potius corpus infirmum ac debile, in quo non delectet nos alicui voluptati, vel sensuali delectationi vacare, quam pingue & forte corpus, quod nos ad illicitas trahat voluptates. Denique & paupertatem magis quam diuitias, id est, potius esse velle pauperes, vt intus ad dominum ire cõpellamur, quam per diuitias superbiam & ambitionis sordibus inquinari, & per hoc a domino elongari. Et vt ista obtinere & de omnibus in contrarium admissis veniam cõsequi possimus, orationes subsequentes cum tribus dominicis orationibus frequenter legere debemus. Idque potissimum vespertino tempore, quo valde opportunum erit in his nos ipsos examinare ac reprehendere.

Oratio



MARGARITAE EVANG.

Oratio contra tres radices omnium peccatorum.

**O** Abyſſalis bonitas effluentiffimæ charitatis Dei, per quā charitatem tuipia tibi, o abyſſus diuinitatis, ſumme complacite ipsam cernēdo in teipſa, & in oibus creaturis tuis. Oro te Deus meus p̄ maximas pœnalitates illas, quas nobiliſſima humanitas tua trigintatribus annis, potiffimū in cruce ſuſtinuit, quādo videlicet oīa ſancta mēbra tua plena erāt acerbiffimo dolore, extrahe ex me oēm tibi contrariā delectationē. Et adiuua me, vt nullū ſiue in celo ſiue in terra delectationē requiram, omnem dolorem ac pœnam libens ſuſtineā, & ad hoc ſolū ſtat, vt tu in me delectationē habere poſſis, hinc accipiendo & in perpetuum durando: Idēq; pro quacumque gratitudine pro omnibus quæ pro me facere ac pati dignatus es, & adhuc libenter ex amore ſuſtinere velles. Pater noſter.

**O** modineſcia diuinitatis eſſentia, q̄ tibi ſolū per diuinam, æternam & increatam ſapientiam tuam es cognita. Rogo te per maximam paupertatem illā, quam nobiliſſima humanitas tua in terris trigintatribus annis, potiffimum in cruce pro me ex amore ſuſtinuit, aufer a me oēm habitudinē ſuperfluitatem. Et da mihi, vt nihil ſiue in celo ſiue in terra habeam poſſidamve, quā quod tu me habere vis pro auxilio ad ſeruendū, placendumq; tibi ad delectationem tuam hic & in æternitate, Amen. Pater noſter. Aue Maria.

**O** abyſſalis diuinæ potētix, quæ p̄ omnipotentem potentiā, ſapientiam & bonitatem tuā, cœlum terramq; & omnia quæ in eis ſunt, cōdidisti.

Rogo



### LIBER III.

Rogo te, o abyssus amoris, per maximam despe-  
 ctionem & confusionem tuam, quam in nobiliss-  
 sima humanitate tua trigintatribus annis, potis-  
 simum in cruce, sustinuisti, quando videlicet Iu-  
 dex tibi exprobrando dicebant: Alios saluos fe-  
 cit, seipsum non potest saluum facere: & quan-  
 do te Deum ac dominum meum inter duos latro-  
 nes medium suspenderunt, etiam altius præ illis,  
 quippe qui te viliores illis ac sceleratorem re-  
 putabant, quæ profecto confusio & ignominia,  
 præcellam ac nobilissimam naturam tuam pluri-  
 mum affligebat, cum esses verus Deus & ho-  
 mo, Deus ex substantia patris, & homo ex sub-  
 stantia castissimæ matris tuæ, & ideo omni hono-  
 re dignus. Rogo (inquam) bonitatem tuam, o su-  
 percharissime Deus meus, extingue in me oem  
 superbiam & peruersam amaritudinē, quā fortas-  
 sis erga proximos & persecutores meos habeo,  
 ut me gratis odio habeant, Et da mihi nulla rati-  
 one a bono ope pro tuo amore cessare, cunctisque  
 persecutoribus meis verā peccatorum suorum agni-  
 tionē & dolorē tribue, quatenus illis sese corrigē-  
 tibus ego cor meū suavius tibi valeā applicare,  
 & sic in me pacē & gaudiū habere possis, Amē.

#### Pulchræ quædam internæ oratiōes ad De- um

Cap. XLVII.

**O** Domine Deus meus, tu es creator meus  
 & ego sum pauper creatura tua. Et quia  
 nihil odisti eorum quæ fecisti, ne despicias  
 quæso pauperem animam meā, sed perduc eam  
 ad vitam æternam.

**O** domine Deus meus, tu me tam chare e-  
 misti, & tam chare pro me satisfacisti, preci-  
 oso vi-



## MARGARITAE EVANG.

oro videlicet sanguine tuo & amara morte tua.  
Rogo te domine Deus meus, ne in me pereat amarissima passio tua.

**O** dulcissime domine, tu es Deus meus. Ideo que te suppliciter oro, per diuinum ac sanctum nomen tuum, non mihi retribuas iuxta opera mea, sed secundum infinitam misericordiam tuam.

**O** dulcis domine, tu es pater meus, & ego, (licet indignus) sum filius tuus. Rogo proinde bonitatem tuam, o amantissime pater, da mihi per paternam fidelitatem tuam, sic me erga te habere, sicut decet bonum filium erga patrem suum, & fac me consortem hereditatis tuæ, quam hec peccatis meis perdi.

**O** dulcis domine, tu es Iesus, id est, saluator, qui non solum curare viuos, sed & mortuos saluare venisti. Rogo te vt omnes peccatores conuertere, & omnes in purgatorio detentas animas a pœnis omnibus absolueret dignetur, Amen.

### De frequenti communionem spiritali & in nouatione spiritus. Cap. XLVIII

**Q**uoniam quidem anima nostra sine spiritali & sacramentali communionem, diuina vita gratiæ viuere non potest, ideo sapienter per diem ac noctem dignissimum dominum corporis sacramentum desiderare debemus. Quatenus per illud in vitam gratiæ transformari valeamus, & spiritus noster per præsentiam gloriosi spiritus sui in diuina præsentia sua iugiter permanere, & anima nostra per præsentiam sanctæ animæ suæ ipsi obedire, ac denique per sacramentum gloriæ



### LIBER III.

gloriosumque corpus suum, in vera puritate corpus nostrum conseruari possit. Saepius (inquam) per diem ac noctem ipsum spiritaliter suscipere desiderabimus. Et quidem in nocte cum conuersis peccatoribus voluntatem ac propositum habebimus vitam nostram corrigendi, & nobis ipsi moriendi. Quoties enim domino Deo nostro, & hominibus pro amore ipsius seruire proponimus, toties Deum spiritaliter sumimus. Mane sub missa cum sacerdote ac deuotis hominibus ipsum spiritaliter accipere desiderabimus, quatenus omnium bonorum operum, passionisque Christi participes efficiamur. In meridie cum amante anima, pra amore languente ac dicentet Indica mihi quae diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post voluptates seculi, sed a te solo refici & pasci merear. Quicquid enim initium aliquod habet essentiae suae, me satiare non potest. Post meridiem cum infirmis ac debilibus, quo infirma inde anima nostra refici ac refocillari queat. Ipse namque dominus ait: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et rursus: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo. In coena, quando nimirum ipse seipsum nobis ex nimia charitate dedit, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur; & hic est sanguis meus qui pro vobis effundetur, teipsum ei vicissim offeras in vnione amoris illius, quo seipsum propter nos in manus inimicorum suorum tradidit, capi, ligari, flagellari, coronari, condemnari & crucifigi permisit, ac demum mortem amarissimam sustinuit: in

GG quo



MARGARITAE EVANG.

quo videlicet amore, & ego ipse viuere ac mori desidero, meque ipsum tradere in manus obedientiae ad omnem poenalitatem, inopiam atque contemptum. Denique cum tam praclarissimum intra nos bonum habeamus, animam nostram tam nobiliter reficiens, amoroſe amplectens, & in ſeſe tranſmutans, ac die noctuque diuinis inſpirationibus ſuis nos paſcere non ceſſans, ideo noſipſos ſæpius ei viciffim in vnione amoris cum ignitis ac amorofis aſpirationibus in hoſtiam laudis offerre debemus, ſpecialiter quando extrouerſionem aliquam ſentimus. Ipſe nancꝫ dominus ait: Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Et: Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non congregat mecum, diſpergit. Ideoque o anima mea, ſemper vnum oculum tuum in Deum tuum, alterum vero in fundum defectuum tuorum dirige, obſeruans iugiter, quantum humana ſinit fragilitas, inclinatione cordis tui. Siquidem & magnus quidam magiſter aſſerit, quod quoties homo cum voluntate ſua reuertitur, & ſpiritum ſuum ſupra tempus in Dei ſpiritum eleuat, quicquid vnquam deperditum fuit, totum in momento recuperatur, adeo vt ſi hoc vel millies per diem facere poſſet, ſemper innovationem quãdam perciperet. Etenim in his internis operibus eſt verior ac intimior vnio, quae eſſe poſſit. Quando nancꝫ ſpiritus totaliter cum intimis ſuis ſeſe immergit, & liqueſcit in intimis Dei, tunc ibidem reformatur innouaturque, tantoque magis a ſpiritu diuino attrahitur ac tranſformatur, quanto magis interne ac ordinate proceſſit, & Deum ſuum in his ſemitis intime dilexit. Siquidem & ipſe Deus hic ita ſeſe animae ligatur,



LIBER III.

igitur, quomodo sol splendorem suum aeri com-  
municat, ipsum quasi totaliter in splendorem  
transformando, ita vt differentiam lucis & ae-  
ris nulla oculorum acies comprehendere, nul-  
la discernere possit. Quis ergo discernere queat  
diuinam, sublimem & supernaturalem hanc v-  
nionem, vbi spiritus assumptus & in abyssum  
sui principij est intractus? Plane si possibile fo-  
ret spiritum in hac vniōe cernere, dubitaremus  
vtique, vtrum Deus esset. In his intimis spiritus  
noster semper ascendit & eleuat se supra se, adeo  
vt nulla vnquam aquila tam alte contra solem  
corporalem sese erexerit ac euolarit, nec ignis in  
cælum conscenderit, quomodo hic spiritus con-  
tra diuinam caliginem ascendit, prout sanctus  
Iob innuit, dicens: Viro, cuius abscondita est  
via, & circumdedit eum Deus tenebris, incom-  
prehensibilitatis videlicet Dei. Ibi nanq; trans-  
cendit omnia, quæ ascribi ei possunt, & omni-  
no nominis, formæ & imaginis sit expers, om-  
nem (vt ita dicam) modum & essentiam tran-  
scédēs. Deniq; hæc est essentialis introuersio, cui  
mirum, in modum intempestæ noctis silentium  
suffragatur.

Qualiter nomen Dei cum reuerentia pro-  
ferre debeamus. Cap. XLIX.

**Q** Vum præceptum sit, ne nomen Dei in  
vanū assumamus, ita, dominū alloquu-  
turi, dicere debemus: O benedicte Deus.  
Quod nimirum altissimum ac reuerendissimum  
est nomen, quo ipsum exprimere possimus. O  
nanque dicitur ex diuinitatis admiratione. Siquis  
dē, o, sphericæ figuræ existens, principio, sine fun-  
do

GG ij doq



## MARGARITAE EVANG.

doque caret, per quod profecto diuinitas ipsa designatur, quæ lux est inaccessibleis & indeficiens, summa altitudo, incomprehensibilis latitudo, infinita bonitas, abyssalis ac supereffluentissima opulencia, in qua est omnis gratiæ & benedictionis plenitudo, in qua etiam sunt omnes thesauri scientiæ, sapientiæ & bonitatis absconditi, in qua omnis potestas & victoria continetur, per quam omnes creaturæ tam in cœlo quam in terra benedicuntur. Quæ cum ita sint, sapius eam, quæ sequitur, orationem cum reuerentia & maxima gratitudine ad ipsum funderere debemus, ut nos sua paternâ benedictione replere dignetur.

**Oratio deuota pro cœlesti benedictione obtinenda, & de præsentia diuina.**

**O** Benedicte Deus, tu es origo omnis boni, fons viuus in quo omne bonum consistit, & vnde bona omnia tam in cœlo quam in terra profluxerunt. Tu es gratiæ plenitudo, in animæ vnitatem infusa. Tu denique es ille, a quo bona cuncta et omnis benedictio procedit. Quapropter, o benedictionis pater, en ego modica portio creaturæ tuæ te humiliter oro, benedictionem tuam, & custodiam in manibus tuis, quæ est facta ad imaginem & similitudinem tuam, quam & inhabitas, & es vita ipsius, eamque in te conseruas. O vita viuentium, lumen luminum, essentia essentiarum, amor amoris, vnde ex intimis medullis & ex abyssali bonitate patris cordis tui effluxi, teque ipsum mihi inspirasti, vnde tu existens animæ meæ, quam & in te conseruas, & pater



## LIBER III.

& per diuinam essentiam tuam in vnitate essen-  
 tia eiusdem animæ meæ commoraris, poten-  
 tia & virtus existens spiritus mei, sapientia & lu-  
 men mētis meæ, bonitas implens & amplexās,  
 regens & in amore virere faciens animam me-  
 am. Vnde etiam ex te profluxi, sicut dilectus ex  
 dilecto. Ideoq; & omnium charorum tu mihi me-  
 rito charissimus es, qui per diuinam præsentiam  
 tuam iugiter perseueras in anima mea, nec vn-  
 quam inde recedes, quia sine te nec ad momen-  
 tum viuere posset, eamque tibi singulariter soci-  
 asti ac conseruasti. Quod certe (si ad terrenam a-  
 micitiam spectes) nec regibus, nec principibus,  
 nec vllis omnino concessum est creaturis, quip-  
 pe quos saltem interdum, velint nolint, ab ami-  
 cis suis oportet separari. Tu vero, o amantissi-  
 me ac desiderabilissime domine Deus meus, sem-  
 per mecum præsentialiter permanes, quod omnia  
 dona diuitiasque longe transcendit, cum sis ipse  
 multo donis omnibus præstantior, in quo quic-  
 quid amabile, pulchrum, diues & nobile, quic-  
 quid preciosum ac delectabile, quicquid etiam  
 diligibile ac desiderabile esse potest, copiosissi-  
 me totum inuenio possideoque. **O** benedicte  
 Deus, totius boni origo, adiuua me, vt maneam  
 in te, & viam semper in amore tuo. Te siquidē  
 nocte ac die suspirat anima mea, quam nec im-  
 plere nec satiare aliquid potest nisi tu domine,  
 qui voluptates omnes excedis. Custodi, o domi-  
 ne, animam meam, & da mihi, vt extra te sola-  
 tia nulla requiram neque desiderem, vt sic ani-  
 ma mea munda & libera ab infimis quibusque  
 permaneat, & tibi, o charorum charissime, soli  
 viuat. **O domine Deus meus, quantum bonum,**  
 GG iij quamq;



MARGARITAE EVANG.

quamq; magnificum est hoc beneficium tuum, quod in summa animæ meæ vnitate commorari dignaris, tam celsus, nobilis, pulcher, sapiens, & diues existens, & in ea permanere, nec vnquam inde recedere statuisti. O si semper istud sciuissem, semper perfecte redissem, quod videlicet intimum animæ meæ inhabitans, in eodem continue perseueras, quam honeste ac reuerenter in tua me præsentia iugiter habuissem. Credebam nanque habitare te in coelestibus, & esse quidem vbiq;, habitare autem te etiam in anima mea, ipsamq; esse regnum & templum tuum, in quo sanctum sanctorum absconditum est, penitus ignorabam. Nec intelligebam miser, quod nos in oratiõe tua docuisti, nos videlicet esse coelos, in quibus existis, & regnum, quod possidere ac regere desideras. ¶ Quærebã igitur te in coelis, & ecce in meipso eras, qui ipse es coelum, omnium sanctorum & angelorum agminibus cõstipatum. Festa quoq; exterius vtcunq; celebrabam, sed interius vbi excellētissimo modo peraguntur, ea minime obseruabã. Magna etiã foris agere & pati volebam, sed meipsum tibi minime resignabam, nec patiebar intus nobilissimam inactionem tuam, cunctis externis operibus nostris millecuplo sublimiorem nobiliorēque. Quippe qui præcipuam felicitatem nostram in te patiendo constituisti, vt videlicet nos ipsos tibi funditus resignemus, & ad extremum vsq; sustineamus opus tuus intus exteriusq;. Quod vti que facilius est, quam operari, cum plus pati, q̄ agere valeat anima nostra. Si ergo credo veraciter esse te in me, libenter me totum tibi debeo resignare, & sustinere (vt ita dicam) inactionem & exte



### LIBER III.

& extraactionem tuam. O quam beatissime virtutes sunt fides, spes & charitas, quæ me extra me ducunt in te Deum meum. O reuerendissime Deus, credebam aliquando in cæcitate mea, quod quando male egeram, te extra me repulifsem. Quod tamen cum sis vita animæ meæ, nec ad momentum fieri possit. O nobilissime inhabitator & præcipua celsitudo, tu semper in me permanes, nec vnquam discedis a me, nec quilibet impie viuam, per tui turbationem irasceris mihi. Vbi nam quæso inuenire aliquem poterimus, qui non saltem interdum repellat & offendat amicum suum, aliquam ei infidelitatem exhibendo? Sed non sic tu Deus noster. Tu nanque es immobile & imperturbabile bonū. Qui nihilo minus quum sis iustus & misericors, male agenti mihi gratiam, & amicitiam tuam subtrahis, & per iustitiam tuam punis mala mea. Si vero conuersus misericordiam postulauero, libenter mihi totum indulget misericordia tua, per amarissimam passionem tuam, & affectuose me suscipis in gratiam & charitatem tuam. O quanta, quam fidelissima & stabilis erit amicitia ista, vbi dilectus a dilecto non valet separari, nisi quod absit, ab ipso nos sponte separauerimus.

Breue exercitium super oratione dominice  
ca. Cap. L.

**P**ater noster] Qui nos creasti ad imaginem & similitudinem tuam, quique es vitam animarum nostrarum. [Qui es] trinus nimirum & vnus, nobilis, amorosa, dulcis ac diuina essentia, [In cælis] In me videlicet & in oibus

GG iij rati-



MARGARITAE EVANG.

rationalibus creaturis, in quibus cœlum tuum  
constituisti. Hæc est orationis dominicæ præfa-  
tio, siue modus, quo Deum primo alloqui debe-  
amus. Iam septem petitiones eiusdem a domi-  
no postulandæ sequuntur. [Sanctificetur nomen tu-  
um] Tunc nomē Dei nostri sanctificatur in no-  
bis, cum diuinitas eius sic nos intus illustrat, vt  
exterius in nobis appareat, vt omnes qui vide-  
rint nos, glorificare valeant patrem nostrum  
qui in cœlis est. [Adueniat regnum tuum,]  
Regnum quippe Dei est anima nostra, in qua  
libenter existit. Ideoque in hanc ipsum sapius in-  
uitare debemus, orantes vt pro acceptissimo suo  
beneplacito eam regere dignetur. [Fiat volun-  
tas tua, sicut in cœlo & in terra] Hoc est, quod  
orare debemus, vt videlicet quemadmodum vo-  
luntas eius superius in cœlis in omnibus tam an-  
gelis, quam sanctis impletur, ita & hic inferius  
in terra in nobisipsis fiat & impleatur. Etenim  
sancti omnes potius corpora sua denuo assu-  
ere, & in eisdem omnia quæ passi sunt, iterum pa-  
ti: & angeli potius in nihilum redire, quam crea-  
toris sui voluntatem vel semel præterire vellent.  
[Panem nostrum quotidianum da nobis hodie]  
Panem videlicet gratiæ, pœnitentiæ, venerabi-  
lis sacramenti, doctrinæ & corporalis refectionis.  
[Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos di-  
mittimus debitoribus nostris] Qui peccant in  
nos, præceptum Dei trāscedunt, sicut & nos  
peccando in alios, id ipsum violamus. Sed nos  
dimitte nobis pater noster cœlestis peccata nos-  
tra, nisi & nos prius remittamus vnusquisque  
fratri suo de cordibus nostris. Et quia peccata di-  
mittere non possumus, vltionē expectere vel ap-  
petere



petere prohibemur. Domino autem vindictam tribuere debemus, & ipse sicut promisit, retribuatur. Attamen quantum in nobis est, nihil eis propterea mali fieri optemus, sed Deum potius pro eis rogemus, ut cum illo uniri, & sine medio ad gaudia cœlestis patriæ peruenire queant. Sicque orando pro eis, sine dubio & nobis id ipsum impetramus. [Et ne nos inducas in tentationem] Id est, nō sinas, pie domine, ut nos vel caro, vel mundus, vel diabolus in cuiusvis peccati tentationem sic inducat, ut ei vel desiderio, vel delectatione, vel consensu acquiescamus. [Sed libera nos a malo] quod flammis tartareis exuri oportet. Dicamus omnes, dicamus singuli cum uniuersa sancta ecclesia [Amen.] id est, fiat ita nobis, purissima virgine Maria intercedente apud benedictum fructum sanctissimi ventris sui, Iesum Christum dominum nostrum.

Deuotum exercitium & diffusior explanatio super oratione dominica cum septē solitudinibus

Cap. LI.

**P**ater noster] Qui es principium & creator omnium rerum. O pater amantissime, tu omnia potes, omnia cōseruas, omnia cognoscis, omnia pa scis & nullius indiges. O pater omnium, tu intentionem intelligis, respondes cogitationibus, desideria cognoscis. O pater per te cōfortamur, admonemur, instruimur. [Qui es] O pater amantissime, quis enim es tu? Qui est. Et quis est ille qui est? Altissima Trinitatis unitas, quæ profecto nil aliud est, quam libera, nobilis, amabilis, dulcis, immobilis, diuina essentia, continens in seipsa diuinam & altissimam Trinitatem.

GG v nitatem.



MARGARITAE EVANG.

nitatem. O essentia omnis essentiae, o vita omnia  
vita, o lumen omnis luminis. Satis te laudare  
non sufficio, cum sis incomprehensibilis, ineffa-  
bilis, nec ullis literis explicabilis. Tibi vero so-  
li duntaxat cognita. A, a, a. A pater, A filii, A spi-  
ritus sancte. Ecce nescio loqui, quia puer ego sum  
& pollutus labijs. Minor sum, quam laudare te  
sufficiam. Væ, vç, væ. Væ mihi Deus pater, pe-  
to præteritorum peccatorum meorum veniam.  
Væ mihi Deus filii, peto aduersus quotidianas  
culpas meas adiutorium. Væ mihi Deus spiritus  
sanctus, peto æternæ pœnæ meæ relaxationem.  
[In cœlis] Quid obsecro, & qui sunt hi cœli,  
in quibus es Deus meus? Sane, o pater amantissi-  
sime, hi cœli sunt omnes rationales creaturæ tuæ,  
angeli videlicet & homines. Rogo proinde te, o  
æterna veritas, o æterna sapientia, & o amabilis  
vnitas, sine qua nil possum, trahe me in te, et vi-  
ni mecum, nec finas me viuere sine te, qui es a-  
nima & vita animæ meæ.

Prima petitio, & prima solitudo diuinitatis.

**S**anctificetur nomen tuum] Rogo te dulcissi-  
sime domine Iesu Christe, per merita sacro-  
sanctæ humanitatis tuæ, permitte diuinitatem  
tuam lucere in me, vt per virtutem eiusdem  
diuinitatis tuæ sequi valeam vestigia sanctis-  
simæ humanitatis tuæ, quatenus inde sanctifi-  
cetur benedictum nomen tuum. Et deduc  
me in solitudinem diuinitatis tuæ, eo, videlicet,  
vbi nulla te præter te intelligit creatura: & da,  
vt in hac solitudine sic aberrem, vt nunquam  
inde exire possim, sed meipsum cum omnibus  
amantibus



### LIBER III.

amantibus spiritibus in abyſſo tuæ diuinitatis  
amittam.

#### Secunda petitio, & ſolitudo eſſentialis pœ nitentiæ.

**A**dueniat regnum tuum ꝫ Expulſis inde  
cunctis hoſtibus tuis. O nobiliſſime ama-  
tor animarum, obſecro te per omnia mi-  
racula tua, quæ vnquam in terris feciſti, præſer-  
tim Hieroſolymis in templo, quando omnes in-  
de euentes & vendentes eiecisti, perſitte lucere  
in me diuinitatem tuam, & per teipſum poſſide  
animam meam, quæ eſt regnum tuum, eamque  
pro tuo gratiſſimo beneplacito gubernare: Et per-  
duc me in ſolitudinem veræ eſſentialis pœniten-  
tiæ, vt omne malum deſeram, & omne peccatū  
& iniquitatem odio habeam.

#### Tertia petitio, & ſolitudo vitæ ſpiritualis.

**F**IAT voluntas tua, ſicut in cœlo & in ter-  
ra ꝫ Da mihi piſſime Deus, vt voluntas  
tua in me & in omnibus creaturis tuis ita  
ſit in terris, quomodo in omnibus ſit ſuperius  
in cœlis, vbi omnes ſancti in tua ſic volunta-  
te concordant, vt in nihilum mallent redigi,  
quam vel ſemel tuæ diuinæ per inobedientiam  
reſiſtere voluntati. Nunc ergo o cœleſtis pater,  
impleas oro in me diuinam voluntatem tuam,  
(Ego enim, prout ipſemet dixiſti, ſine te nil poſ-  
ſum facere) Et deduc me in ſolitudinem veræ  
ſpiritualis vitæ: vt ſecundum ſpiritus nobilitatē  
viuere poſſim: Deſq; mihi mundiciam ſpiritus,  
animæ & corporis, obedientiam & eſſentialem  
pauper-



## MARGARITAE EVANG.

paupertatem. Et per meritum humani gaudiosi spiritus tui, permitte diuinitatem tuam lucere in spiritum meum, eumque vere pacatum & tranquillum effice (In delicijs enim habitare vis) & liberum (non enim vis arctari) quatenus benedicta diuinitas tua quiescere delectetur in spiritu meo, ipsumque regere ad gloriam tuam.

### Quarta petitio & solitudo cordis.

**P**ANEM nostrum quotidianum da nobis hodie] Sine te nanque diu subsistere non possumus. Da itaque semper nobis amantissime pater, panem reuerendissimi sacramenti tui, vt inde reficiatur animæ nostræ, & panem naturæ, quo sustententur corpora nostra. Et deduc me in solitudinem cordis mei, vt ibi tecum sim solus. Ecce enim domine Deus meus intime ac deuote te obsecro per amorosum cor tuum, perque merita sanctæ ac dolorosæ animæ tuæ, permitte in me & per me radiare diuinitatem tuam, quo eadem benedicta diuinitas tua delectetur possidere animam meam, & hoc ad honorem tuum. Et omnes vires animæ meæ restitue locis suis, vt inde tibi honor accedat, & cum eis gratissimum beneplacitum tuum valeas operari.

### Quinta petitio & solitudo cœli.

**E**T dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris] Da pater amantissime, vt hic vere cognoscam, quod omnino me oporteat alijs ignoscere, si mihi debeat ignosci. Ideoque dulcissime pater, pro omnibus qui mihi quouis modo vnquam male fecerunt,



### LIBER III.

runt, bonitatem tuam humiliter oro, vt eis hoc ignoscas: & mihi quoque quicquid aduersum te & proximos meos deliqui, indulgeas: veramque mihi patientiam largiaris, vt me in nullo vlciscar, nec vltionem appetam. Et perduc me in cœli solitudinem, ad quam nos cōdidisti, in qua omnes soli sunt in te summo bono, vbi nemo peccat in alium: vbi perpetua quadam tui esurie tenentur, adeo vt cum mille annis tui iucunda fructione potiti sunt, non nisi vna die, imo non nisi vno momento sibi potiti videantur. Vbi etiam omnes vere pauperes sunt. Quia seipsos in te Deo suo amiserunt, & læticia sempiterna est super capita eorum. Vbi denique seipsos in speculo supersanctissime Trinitatis tuę in æterno semperque mansuro gaudio cum continua quadam renouatione contemplantur. Rogo itaque te domine Deus meus, amantissime pater, per merita purissimi saucięque corporis tui, vt diuinitas tua habitare delectetur in corpore meo ad gloriam tuam, quo in me pacem & gaudium habere possis.

#### Sexta petitio & solitudo mundi.

**E**T ne nos inducas in tentationem] O domine Deus pater omnipotens, ne quæso permittas, vt me vel caro, vel mundus, vel diabolus in vllam tentationem cum mea delectatione vel cōsensu inducat. Sed perduc me in mūdi solitudinem, qui omnis veræ pacis & æternæ securitatis est expers, in quo intricata & peruersa sunt omnia. Ideoque o fallacissime munde fugere te volo, ne tuis periculis inuoluar tecumque peruertar.



MARGARITAE EVANG.

peruertar. Atq; vtinam mihi cunctisq; inhabitatoribus tuis amarescas.

Septima petitio & solitudo inferni.

**S**ED libera nos a malo ] O Deus piissime, da vt veraciter doleam de omnibus contra tuam voluntatem a me perpetratis atq; commissis, vtque ea pure confiteri & perfecte emendare studeam. Et deduc me in inferni solitudinem, qui ab omni bono desertus est, vt illic cernere valeam, quam seuerè mala puniantur, ne me quandoque male agere delectet, sed vt magis sanctissimæ vitæ tuæ exempla sequi contendam, & extra me fugiens, in te habitem summo & optimo bono meo. Denique iam cum omni sancta ecclesia dico [Amen] id est, fiat.

Deuota meditatio super angelica salutatione. Cap. LII.

**A**VE Maria] Saluent te, o benedicta in uentrix gratiæ, castissima virgo Maria, abyssales & immobiles diuitiæ essentia diuinæ. Salutet te omnipotentia patris, qui te elegit, vt omnipotentis verbum suum in castis visceribus tuis carnem & sanguinem pro nostra salute assumeret. Salutet te Iesus Christus verus Deus & homo. Salutet te spiritus sanctus, per potentiam patris & sapientiam filij viuificans & illustrans omnes id ex animo considerantes. [O Maria] tu aptissimum semper venerandę Trinitatis instrumentum fuissti, quod ipsa prior nominis tui litera M designat. A verbo spiritus tui paupertatem, R animæ & corporis



LIBER III.

ris tui puritatem. I te fuisse internam in spiritu si-  
 gnificat. Dulces nanque & deuotissimæ aspira-  
 tiones tuæ sublimem & immobilem diuinitatis  
 montem commouebant, vt in te flueret. Et quia  
 Deo semper vnita eras, ideo & ipse se tecum  
 vniuit, qui est Alpha & O, principium & fi-  
 nis. Et hoc vltima signat litera nominis tui, A.  
 Utinam nunc, o beatissima Maria, te ex me  
 sanctus Gabriel archangelus cum omnibus cœ-  
 li ciuibus salutet, renouans tibi vel centies mil-  
 lies angelicam suam salutationem eo modo,  
 quo a charissimis tui amatoribus vnquam pro-  
 fertur. [Gratia plena] O dulcissima virgo Ma-  
 ria, mater pulchræ dilectionis, quæ est ipse De-  
 us, vere gratia plena es, illa videlicet gratia,  
 quæ est Deus ipse, qui propter nos ex te fieri di-  
 gnatus est homo. O Maria mater sanctæ spei,  
 Christi videlicet humanitatis, in qua tota spes  
 nostra consistit, per quam & redempti sumus.  
 Obsecro te per vnionem illam, quæ erat, & est,  
 & erit semper inter diuinitatem ac humanita-  
 tem, purissimumque corpus & animam tuam,  
 ora pro me dilectum filium tuum, vt me se-  
 cum vnire dignetur, quo gaudium eius in me sit,  
 & gaudium meum in ipso impleatur. [Domi-  
 nus tecum] O Maria dulcissima, dominus te-  
 cum est. Dominus pater, dominus filius, domi-  
 nus spiritus sanctus. Non tamen tres domini,  
 sed vnus dominus. Deus pater, Deus filius, De-  
 us spiritus sanctus. Non tamen tres dii, sed vnus  
 Deus. Increatus pater, increatus filius, in-  
 creatus spiritus sanctus. Aeternus pater, æternus  
 filius, æternus spiritus sanctus. At tamen nō tres  
 increati, nec tres æterni, sed vnitas in Trinitate, et  
 Trini-



MARGARITAE EVANG.

Trinitas in vnitare, tres in vna potentia, sapientia & bonitate. O Maria pijsissima, tecum erat, est & semper erit beata Trinitas. Tecum est Christus Iesus Deus & homo in vna persona, siemens, vt nec humanitas in diuinitatem, nec diuinitas in humanitatem trāseat. Qui cum esset Deus ante secula, ex te o virgo castissima factus est homo in fine seculorum. Quapropter oro te, o dignissimum summæ Trinitatis instrumentum, vt eiusdem supersanctissimæ Trinitatis vnitatem pro me depreceris, vt Deus omnipotens per sanctissimæ Trinitatis suæ virtutē, meritaque sacratissimæ humanitatis suæ me idoneum faciat, cum quo esse possit & ego secum, & in quo gratissimam suam voluntatem perficere queat. [Benedicta tu in mulieribus] O mater domini mei, vere benedicta tu inter oēs mulieres. Quia de tui benedictione cœli & terra cunctaque tuis existentia lætantur. Benedicta quoque tu inter omnes creaturas. Quia in tuis castis visceribus Deus homo factus est, te nihilo minus virginē inuiolata permanente, qui etiā nouē menses in te quieuit, virgineaque suxit vbera tua. O igitur virgo castissima, ostende mihi nunc ternam pietatem tuam, & exhibe dilecto filio tuo gloriosa sanctaque vbera tua, ex quibus propter nos refici dignatus est, eumque depreceris, vt patri suo quinque sacratissima vulnera sua, pro nobis ex amore sustinuit, obtendat, quatenus per ea ab omnibus peccatis meis emundet, & consequatur pacem & gaudium in me habere possit. [Benedictus fructus ventris tui] O virgo pijsissima in hoc fructu sanctissimi corporis tui omnia est gratia vitæ & virtutis. Omnes qui prece-



### LIBER III.

siue pessundāt cūctā quæ cor maculare possent,  
hoc sanctissimo fructu tuo replebuntur. Quia  
quem cœli, angeli videlicet & sancti capere nō  
poterant, tuo gremio contulisti. Et eum, qui te  
creauit prouide, lactasti sacro vbere. Trinam re-  
gentem machinam clausum Mariæ baiulat. Et  
hic est fructus ventris tui Iesus Christus, Amē.  
Nūc itaq; rogo te, o mater piissima dōmini mei,  
per gratiam illam, quam præstitit tibi Deus, q̄  
ex te homo fieri dignatus est, tibi subditus fuit,  
in matrem suam te elegit, & sanctum spiritū su-  
um tibi cum septem donis ipsius, quibus te exor-  
nabat & aptam efficiebat, dedit, vt pro me do-  
minū depreceris, quo diuinitas ipsius per dignif-  
simam humanitatē suam septiformi gratia lan-  
cti spiritus exornare me dignetur, quatenus in  
me pacē & gaudiū habere queat. Istud obsecro  
impetrare mihi digneris a bñdicto fructu vētris  
tui, vt ipsi sine separatiōe vniri possim, Amen.

Credo, siue Symbolum apostolorum.

Cap. LIII.

**S** Anctus Petrus] Credo in Deum patrē om-  
nipotentem creatorē cœli & terræ. [S. An-  
dreas] Et in Iesum Christum filium eius v-  
nicum dominum nostrum. [S. Ioannes] Qui cō-  
ceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria vir-  
gine. [S. Iacobus maior] Passus sub Pontio Pi-  
lato, crucifixus, mortuus & sepultus. [S. Tho-  
mas] Descēdit ad inferna, tertia die resurrexit a  
mortuis. [S. Iacobus minor] Ascēdit ad cœlos,  
sedet ad dexterā Dei patris omnipotētis. [S. Phi-  
lippus] Inde vēturus est iudicare viuos & mor-  
tuos. [S. Bartholomæus] Credo in spiritū san-  
ctum.

H H cūm.



## MARGARITAE EVANG.

ctū. [S. Matthæus] Sanctam ecclesiam catholice-  
cam. [S. Simon] Sanctorum communionem, re-  
missionem peccatorum. [S. Iudas] Carnis relur-  
rectionem. [S. Matthias] Vitam aternā, Amē.

### Exercitium super Symbolo apostolorum.

**C**redo in Deum patrem omnipotentē, cre-  
atorem cœli & terræ. ] qui est Deus super  
omnia benedictus, solus amandus, metue-  
dus & adorandus. [Et in Iesum Christum filium  
eius vnicum dominū nostrū. ] qui per paternam  
virtutem, & sapientissimam præordinationem  
conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria  
virgine. ] O igitur dulcissime dñe Iesu Christe,  
qui dixisti : Nemo venit ad patrem nisi per me.  
Et: Qui videt me, videt & patrem. Non credis,  
quia ego in patre, & pater in me est. Et: Verba,  
quæ ego loquor vobis, a meipso non loquor: pa-  
ter autem in me manens, ipse facit opera. O (in-  
quā) diuinitatis abyssus, quam es ineffabilis. O  
creator meus, tibi seruire & peccata vitare desi-  
dero, etiam si nulla mihi vnquam merces inde a  
te restituenda sit. Credo namq; dominum meum  
Iesum Christum verum Deum & hominem, &  
meritum esse omnium sanctorum, quodque si-  
ne ipso saluari nō possim. [Natus ex Maria vir-  
gine] ex qua nostrā naturam assumēs, verbum  
æternū caro factum est, & habitauit in nobis. O  
anima mea, attende nunc ineffabilem potētiam  
eius, qui nostram assumpsit naturā, & quantum  
potes: obstupesce & admirare. Attendē etiā quo-  
modo homo factus est & vixit, ipsumque imi-  
tare. Denique & causam inspicē, propter quid  
factus



## LIBER III.

factus est homo, & latere ipsumque super omnia tota virtute dilige. [Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus.] O domine Deus meus, quia sanctissimum corpus tuum in passione tua nimis deformatum fuit, da mihi vt per illud omnem peccatorum meorum deformitatem sanare possim. O domine Deus meus, pone obsecro crucem tuam, & poenas tuas inter me & districtum iudicium tuum. Cum enim ex puro amore pro me sis mortuus, charitati tuæ peccata mea præpoderare non possunt. [Descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis.] O amantissime dñe Iesu, anima tua nobilissima diuinitate illustrata, cum tanta claritate ad inferna descendit, vt omnes inde amici tui & beati & læti efficerentur. Interim vero sacratissimum corpus tuum in sepulchro iacebat cū sanguinolētis vulneribus suis, animæ quidē præsentia destitutum, sed diuinitati vnitum, a qua & custodiebatur. In resurrectione autem tua ex mortuis, ipsa vnio & claritas per diuinitatis irradiationem adeo vigorosa in anima & corpore est effecta, vt splendentes ac flammantes radios ex te emitteres, cunctosq; qui id a te postulabant, in tuo amore fortiter inflāmares. Rogo itaq; te Deus meus per merita sanctissimæ humanitatis tuæ, permitte diuinitatem tuam lucere in me, vt per illius opem & auxilium sequi valeā sanctissimam humanitatē tuam. [Ascendit ad coelos, sedet ad dexterā Dei patris omnipotētis.] O mi dñe Iesu ad dexterā sedes patris tui, quia æqualis es ei, dataq; est tibi omnis potestas in cœlo & in terra. Etenim cum nostra natura ascendisti, & ad dextram sedens patris tui, nobis locum

HH ij præ-



MARGARITAE EVANG.

præparasti. Et licet in cœlum cōscenderis, nobil  
cum tamē in tuo venerabili sacramēto perman  
sisti, nos omnes liberrissime semper transforma  
re in te, tecumq; vnire volens, quatenus accipe  
re nos ad te ipsum possis, gaudiumq; tuum in no  
bis sit, & gaudium nostrum impleatur. [Inde vē  
turus est iudicare viuos & mortuos.] Id est, bo  
nos & malos. O domine Deus meus in hoc tre  
mendo iudicio tuo candidus & rubicundus cum  
sanguinolētis vulneribus tuis apparebis. Et per  
ineffabilem dilectionē tuam spiritus siue aer ex  
te suauissimus exhibit, quo quemcunq; a vitij li  
berum & charitate plenum inueneris, tibi attra  
hes. Tales nanq; soli tibi congruunt cōueniunt  
que. Rogo itaq; te per cruenta vulnera tua, quæ  
pro me ex amore suscepisti, dimite mihi peccata  
mea, & imple me feruentissima charitate tua,  
ne, quod absit, in me pereat amarissima passio  
tua. [Credo in spiritum sanctū] id est, firmam  
spem & fiduciam habeo in spiritum sanctum,  
qui est amor patris, & filij, & est ipse Deus. O  
dulcissimum amoris vinculum patris & filij, ob  
secro te illumina & imple me, vt per te scia pa  
trem & filium, teq; credam vtriusque spiritum,  
semperq; sperem & credam in te, & perfectissime  
me te diligam. [Sanctam ecclesiam catholicam  
sanctorum communionem, remissionem pecca  
torum.] Id est: Credo quod omnes passiones &  
sanctorum omniumq; bonorum hominum sit  
merita singulorum, quippe quum sint oēs mem  
bra sanctæ ecclesiæ, & caput ipsorum Christus.  
Ideoq; meritum vnus etiam alterius est meri  
tam, si tamen fideles sint, & sanctæ ecclesiæ



## LIBER III.

cramenta credant atq; ad ea cum deuotione con-  
 grua se præparent. Sanctorum enim communio,  
 ipsorum est in inuicem amor & cohabitatio.  
 Christus nanque per charitatem suam cum vni-  
 uersis meritis suis in sanctos & electos suos pro-  
 fluxit, & ipsi vicissim in eum. O igitur domine  
 Deus meus, obsecro te per ardentissimam illam  
 charitatem tuam, ex qua factus es homo & acer-  
 bissimam pro me mortem sustinuiti, dimitte  
 mihi per eandem mortem tuam omnia peccata  
 mea, & exorna me sanctissimis meritis tuis. Cre-  
 do nanque cum omni sancta ecclesia tua, quod  
 te ipsum mihi dederis, vt tibi cum teipso satisfa-  
 ciam, quodque sine te boni aliquid facere non  
 possim, & omnia merita mea ex te sint. [Car-  
 nis resurrectionem] Id est, corporis & animæ cō-  
 iunctionem. Scio enim quod redemptor meus  
 viuit, sederque ad dexteram patris sui cum san-  
 cto ac glorificato corpore suo, & in nouissimo  
 die de terra surrecturus sim, & in carne vide-  
 bo Deum saluatorem meum, ipsumque con-  
 specturi sunt oculi. Da igitur mihi piissime De-  
 us amare te cum omnibus, quæ accepi abs te,  
 cum anima videlicet & corpore, vt tu me vti,  
 & ego te æternaliter frui possim. [Vitam æter-  
 nam.] Quod videlicet post hanc vitam tempo-  
 ralem vita sequetur æterna, quodque in istam  
 iusti, reprobi vero in supplicium ibunt æternū,  
 Amen.

Simplex super eodem Symbolo exer-  
 citium. Cap. LIII.  
 HH iij Cre-



MARGARITAE EVANG.

**C**redo in Deum patrem omnipotentē] Et  
 inclino ac immergo me in essentialē &  
 abyssalem vnitatē tuam, o principiū, ori-  
 go & conseruator animæ meę. [creatorē cœli &  
 terræ.] O domine reforma cœlum spiritus mei,  
 & exorna thronum animæ meę, vt cum omni-  
 bus delicijs tuis in eo quiescas, sicut in excelsis  
 angelorum thronis exultas: & perlustra ac munda  
 terram cordis mei, restituens me pristinae pu-  
 ritati ac innocentia, vt tu in ipso commoretis  
 & ambules pro tua delectatione, sicut & cum  
 primo homine in paradiso fecisti, quem diuini-  
 tate tua sic vestieras, vt esset ipsemet cœlum tu-  
 um & paradysus tuus. Ad hoc siquidem fecisti  
 me, vt habitem in te, & tu in me domine De-  
 us meus. [Et in Iesum Christum filium eius ve-  
 ricum dominum nostrum,] O verbum æter-  
 num, & superclarissime splendor paterni cor-  
 dis, tu es in anima mea fons abyssalis & vni-  
 vitalis, omnia interiora mea implens atque fecun-  
 dans. [Qui conceptus est de spiritu sancto  
 natus ex Maria virgine] O spiritus sancte De-  
 us, munda & exorna domum animæ meę, trans-  
 muta omnem sanguinem cordis mei, omnia  
 consume medullam ossium meorum, omnia im-  
 ple interiora mea, & verbo æterno medullique  
 paterni cordis fecunda, æternamque in me  
 incessatione renoua natiuitatem. O dulcissimam  
 domine Iesu Christe, circunda & conserua me  
 in amore tuo, vt speculum summa Trinitatis  
 in me illustretur, tuque in omnibus verbis, cogi-  
 tationibus & operibus meis nascaris, & con-  
 luceat, nomenque sanctum tuum per me ho-  
 noretur.



## LIBER III.

retur glorificeturque. [Passus sub Pontio Pilato.] O botre expresse, imprime in me infinitam profunditatem, & abyssalem dolorem internarum externarumque passionum tuarum. Transforma & include omnes sensus & membra mea in crucifixa imagine tua, vt inde nec ad dextrā, nec ad sinistram exeam, sed supremū solatium, & maximum gaudium meum atq; thesaurum desiderabilem animæ meæ in ipsa constituam, qui es mons aureus & fons omnis boni. [Crucifixus, mortuus & sepultus.] O fidelissime thesaurum animæ meæ, crucifige & trucidā in me omnem sensualem ac mūdānam oblectationem, & fac amarescere mihi omnem creaturarum amorem, etiam mei ipsius, qui creatura tua sum. Vnge me oleo lætitiæ, sanctifica animam meam omnibus sacramentis tuis, quæ profluxerūt e benedicto latere tuo. Da mihi absolutionē plenariam in morte, & fac me dignū transire in vitam, quæ tu ipse es. Et sepeli ac include me in amoroso apertoq; corde tuo, in quod omnes beatas animas absorbere desideras. [Descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis.] O pellucane liberalissime, qui reficis & viuificas pullos tuos sanguine cordis tui, da mihi cum hoc nobilissimo cibo ac potu ad animas in purgatorium descendere ad reficiendum eas ac redimendum, & ad vitæ æternæ gaudia perducendum. Me quoque tertia die fac resurgere. O fortissime & inuictissime leo, da mihi fortiter omnibus vitijs meis resistere, & fac me in nouam vitam gratiæ resurgere tertia die, in diuinorum videlicet cognitione, in cognitionis claritate, & in amoris feruore. Quoniam quidem ista sunt

HH iij tres



MARGARITAE EVANG.

eres lucidissimi dies æternitatis, quos fecit dominus, in quibus omnes beati spiritus sublimiter exultant. [Ascendit ad coelos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.] O dulcissime sponse animæ meæ, trahere spiritum meum supra omnia caduca & transitoria, & da mihi ambulare in spiritu, delicijsque cœli cum omnibus beatis spiritibus, ac requiescere & delirare in brachijs verbi æterni. Cœli nanque deliciae hæ sunt, esse tecum vnum spiritum, & in tua diuina præsentia iugiter permanere cum angelis, qui semper parati sunt seruire tibi & omnibus hominibus propter amorem tuum. Rogo itaque te, o vita & inhabitator animæ meæ, fac me ita profunde immergi in essentialē fundum spiritus mei, in quo te ipsum cœlesti, vt me nunquam extrouertam extra diuidam præsentiam tuam, ne (quod absit) cum Lucifero progrediar extra occulta mysteria spūs, & ab introitu gloriæ: sed vt semper tibi obediam hominibusque propter amorem tuum, vtq; diuidam cū singulis, quod abs te accepi, quatenus omnes tecum vnus spiritus effici valeamus ad gloriam tuam. Custodi etiam me domine, ne transgrediar prohibitiones tuas, ne extra paradisi pacis cingiat, eaq; puritate despolier, in qua animam meā placito vti possis, ipsaq; gaudio spiritus perfundi mereatur. [Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.] O iudex & rector animæ meæ, da mihi semper humilem descensum in fundum vitiorum ac defectuum meorum, vtq; iugiter me ipsum corā te accusem & reprehendā. Da quoque mihi diligentē meipsum custodiam & obseruationem.



## LIBER III.

tionem, iudicijque tui quo iudicas animam meam. Et quæcunque a me per internas inspirationes tuas requiris vt faciam, da vt vere faciam. Quia sine te nil possum, qui vas sum plenum iniquitatis, ita quod nisi me incessanter custodires, sine cessatione in peccati profunda ruerem. Porro ista iam dicta, de nostri videlicet custodia & reprehensione, in inferiori semper animæ portione perseverabunt. Superior autem animæ pars liberum quendam accessum in Deum semper habebit, cum simplici oculo gratitudinis, qui a diuina claritate circumdatur. [Credo in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam, Amen.] O fidelis medice & amator animarum, da mihi quæso vt omnem fiduciam meam in te constituam, opera spiritus cognoscam atque discernere sciam, cunctorum bonorum te auctorem & operatorem existere fideliter credam: quodq; ecclesia tua sancta catholica omnium sit apotheca aromatum, in qua medicina et sanitas animæ, sacramenta omnia, multa que preciosa dona existunt. Per quæ nimirum sacramenta anima purgatur, exornatur & sponso cœlesti vnitur, vnique cum sanctorum communionem efficitur: quippe quæ & cum Christo Iesu vnum existit, qui caput est sanctorum omnium, pro quo omnes passi sunt ac viriliter decertarunt, qui item est gloria omnium, per quem animæ vita gloriæ sempiterna præstatur, Amen.

Oratio ignita & gratiarum actio deuota  
 HH v pro



## MARGARITAE EVANG.

pro nobis &amp; hominibus vniuersis.

Cap. LV.

**O** Fons & origo omnium rerum, qui tuum in animæ meæ fundo cœlum contulisti, qui que es pabulum spiritus mei, rector animæ meæ, & protector ac custos corporis mei, oro & obsecro te, vt te ipsum exhilarare ac laudare de abyssali illa charitate digneris, qua me ab æterno dilexisti, humanam naturam pro me suscepisti, trigintatribus & amplius annis in omni pœnalitate, paupertate & despectu me miserabiliter quæstisti, nec satisfacere potuit amore languenti animæ tuæ, nisi me in præmium haberes laboris tui. O quam incomprehensibilis est amor atque fidelitas tua, quam mihi indigno exhibuisti. Et quomodo vnquam potero hanc satis laudare? O si vel solus omnia quæ vnquam facta & adhuc in finem vsque seculi fienda sunt, bona perficere possem, certe nec sic aliqua fieret relatio digna pro tam innumeris bonis ac beneficijs tuis, quæ mihi pauperulo contulisti, & adhuc sine cessatione confers. O superdignissime Deus meus, si omnes linguas omnium præteritorum, præsentium & futurorum solus haberem, effari nullatenus possem, quomodo me ex profundo limbo puteo extraxisti, de mortis carcere redemisti, & iam denuo suscepisti, postquam cum innumeris amatoribus fornicata est anima mea. Nam & sapius me in precioso sanguine tuo lauisti, tepso me vestisti, cibasti, & exornasti, in sponsam tibi animam meam desponsasti, viam per



## LIBER III.

per quam ambulare debeo, ipse me præcessisti, ostium per quod inconfusus ad te valeam ingredi, reserasti, & locum in quo tibi vniri debeam, in ipsa videlicet vita vitali, mihi præparasti, in qua omnes sancti exultant. Etenim locus iste fundus occultus est animæ, qui est cœlum & habitatio tua. Animæ nanque omnes sedes sunt de domo Dauid, in quibus tu Deus æternæ residentis, bona & mala iudicas. Fundus autem animæ, ipse est cœlum, de quo per prophetam tuum in persona tua dicere dignatus es: Cœlum mihi sedes est, & terra, cordis videlicet humani, scabellum pedum meorum. Quam ergo sollicitè ac timorate viuere nos oportet in præsentia tantæ maiestatis tuæ? **O** nobilissime inhabitator ac redemptor animæ meæ, obsecro vt per amarissimam passionem tuam omnem cœlestem exercitum, & cuncta quæ sunt in terris, lætifices. Per gaudiosum spiritum tuum omnes angelos, sanctosque vniuersos in cœlis exhilares. Per sanctissimam animam tuam redimas & lætifices omnes animas in purgatorio detentas. Per sanctissimum, mundissimum, gloriosumque corpus tuum omnia corda mundare ac purificare digneris, vt omnes secundum cœtum esse possimus, quatenus intra nos habitare te delectet, nobiscumque ambulare, sicut in paradiso nobiscum ambulare desiderabas. Eam namque ob causam a te conditi sumus. Etenim omnia propter hominem, ipsum vero propter te fecisti, non quod nostri indigeres, sed vt nos bonitate, delicijsque tuis perenniter fruermur, domine Deus noster.

De



MARGARITAE EVANG.

De triplici vita, quam ducere debet is qui Deo perfecte placere, ipsumque sequi desiderat.

**O**mnium charorum charissime, ex omnibus quæ de te percipere vel inuestigare possum, nihil quod tibi sit acceptius, quove tibi magis placere possim novi, quam sit triplex illa via in Maria Magdalena, quæ partem optimam elegit, in Lazaro quem a mortuis suscitasti, & in Martha quæ hospitium tibi præparabat, seduloque ministrabat, designata. Si quidem & hanc me triplicem vitam tuipse docuisti, & modo excellentissimo præcessisti. Nam in suprema portione spiritus tui semper in diuinitatis tuæ fruitionem eras subleuatus. Memoria tua in indepictam quandam nuditatem eleuata, & lætitia sempiterna repleta erat. Mundissimus aspectus intellectus tui, diuinæ essentia tuæ abyssum intuebatur. Voluntas tua immersa & circumdata erat amoris tui abyssus & essentiali quadam ac immobili quiete, ubi semper sanctissimæ trinitatis unitati tuæ respondebas, omniaque in teipso & cognoscebas & diligebas. Porro in anima tua proficientem virtuosamque vitam ducebas, quæ semper in essentialem humilitatem demersa, seipsam cum omni reuerentia ac honoris exhibitione sub altissima & omnipotente diuinitate tua, a qua in omnium virtutum perfectione exercebatur, sese inclinabat. Denique in mundissimo corpore tuo morientem siue actiuam vitam agebas. Quippe in quo mundus & sensualis oblectatio locum vel vitam non habebat, cum esset purissimum & ab omni peccati concupis-



## LIBER III.

cupiscentia alienum, habitaculumque diuinitatis  
 tuæ & instrumentum, cum quo redemptionē  
 atque salutem nostram es operatus. Quod in o-  
 mnibus tibi obediētissimum atque subiectum,  
 quicquid spiritus exigebat, efficere et operari pa-  
 ratum erat. Quicquid enim ab anima per inter-  
 nas admonitiones requirebatur, per ipsum mo-  
 do perfectissimo pro nostra redemptione ad be-  
 atissimæ Trinitatis gloriam exequeris. **O**ro  
 itaque bonitatem tuam o superdignissime Deus,  
 amator nobiliter creatę animę meę per gaudio-  
 sum spiritum tuum, vt meum spiritum in diuini-  
 tatis tuę vnitatem introducere, meque in vita su-  
 peressentiali stabilire digneris, in qua semper in  
 optima parte constitutus eique applicatus esse,  
 & iuxta spiritus exigentiam ac nobilitatem viue-  
 re possim. Oro quoque per sanctissimam animā  
 tuam, vt in anima mea defectuositatem omnem  
 mortifices, eam in gratia et amore tuo viuifices,  
 in omni virtute dirigas, & in vita proficiente co-  
 fortes. Oro insuper & per sanctissimum, purissi-  
 mum ac glorificatum corpus tuum, vt corpus  
 meum mundum efficias, cor ab omnibus quę  
 in ipso mundus in seuit, purifices, tuamq; in ipso  
 habitationem constituas, omnemque vitam me-  
 am, iuxta sanctissimam vitam & conuersationē  
 tuam dirigas, & vniuersa opera mea per sanctis-  
 sima opera tua iuxta perfectissimum exemplar  
 tuum perficias, quatenus hoc modo & tibi pla-  
 cere & proximum ædificare, tuaq; sanctissime-  
 que matris tuę exempla valeam imitari. Descę  
 mihi vitam actiuam cum Martha in corpore,  
 vitam morientem ac virtuosam, semperque in  
 virtutibus proficientem cum Lazaro in anima,  
 & per



MARGARITAE EVANG.

& perennem, abstractam ac superessentialē cum  
Magdalena in spiritu ducere, Amen.

Quod hæ tres vitæ in gloriosa vir-  
gine perfectissimæ fuerunt.

Cap. LVI.

**O** Suauissima consolatio & amabilissime  
amator animæ meæ, quis explicare suffi-  
ciat, quam perfecte, quam clare hæ tres  
vitæ in dulcissima matre tua Maria reluxerunt.  
Adeo nanque in suo spiritu superessentialis er-  
rat, vt nunquam vel ad momentum extra diui-  
nam præsentiam sese auerteret. Ipsa thronus er-  
rat & sanctuarium Dei, in quo ipse Deus cum  
omni sua essentia quiescebat. Porro in vita pro-  
ficente fortissima fuit in anima sua, & in omni  
virtute perfecta. In actiua denique vita adeo pu-  
ra & apta erat in corpore suo, vt per ipsum bea-  
tissima Trinitas mirabili quodam & ineffabi-  
li modo nostræ redemptionis opus operaretur.  
Ipsa decora fuit habitatio Dei, in qua non mi-  
nus domino habitare complacebat, delectabat-  
que, quam in ipso olim protoplasto in paradiso.  
Ipsa continue introuersa erat habitabatque in  
essentiali fundo spiritus sui, in quo diuina lætæ  
imago, & cum pura cogitatione, simplicique in-  
tuitu ac indepicto amore diuitias essentia diui-  
næ, (in quam iugiter erat transformata) contu-  
ebatur, Deumque omnipotentem in sui spiritus  
cubiculum suscipiebat, in animæ suæ regnum  
introducebat, in cordis sui domicilium hospiti-  
tio recipiebat, corporisque sui tabernaculum se-  
psi decenter exornabat, tota sollicita est ad omne  
illius obsequium parata existēs. Vniuersam quoque



### LIBER III.

que familiā suā. i. vires & sensus internos & externos ad dñi Iesu Christi obsequia destinabat. Et quis vel cogitare possit, quam profunda humilitate, abyssali amore, ignitisque desiderijs hæc eadem gloriosa virgo Maria domino Deo suo intus exteriusque famulabatur. O si quis ista rite perpenderet, quantum in corde suo gaudium deuotionemque perciperet. ¶ Demum & ipsa sancta ecclesia dici non potest quantum in hac triplici vita fecunda sit & ornata, quamque intime ex hoc gaudeat atque læteretur. Quicquid enim ipsa obseruat, & omnia tã in veteri quam in nouo testamento contenta, cuncta ad hunc triplicem gradum conferunt ac referuntur, ad superessentialem videlicet contemplatiuam, ad proficientem virtuosam & ad morientem actiuam vitam. Et hic est sensus omnium scripturarum, potestque qui voluerit, cuncta hæc in seipso reperire.

#### Oratio super hac triplici vita, Cap. LVII.

**O** Fons & origo omnis boni, domine Deus meus, qui es liber vitæ, quare huc illucque discuro, teque in multiplicitate requiro, qui non nisi in vnitatem inueniris? Rogo itaque te celestis magister, doctorque superne, doce me in isto libro studere ac discere, quo omnem scripturarum multipliciter eistem: aperi spiritum & scientiam libri huius, libri vitæ: quatenus in proficiente & actiuam vitam perfici queam. Da mihi essentialiter esse introuersum, habitareque in occulto animæ fundo, in quo



## MARGARITAE EVANG.

quo tu Deus vitæ meæ veraciter inhabitas, vnde nec vnquam recedis, vt ibi semper interioribus auribus meis haurire valeam dulcissima verba tua, vbi iugiter tota die in ipso interiori animæ meæ templo doces, diuersosque sensus mysticos & occultos scripturarum referas, vbi spiritus in te superessentiali bono exultat, anima in virtutibus proficere commonetur, & corpus ad iustitiæ actus & opera dirigitur. ¶ Vita ergo proficiens & actiua ex vita superessentiali oriuntur. Non enim perfici possunt nisi ab ipso perfectissimo bono, Deo videlicet omnipotente, sine quo nihil habemus, nihil possumus. Et hæc causa est, quare sese nobiscum vnierit Deus, quod videlicet nos libenter iuare, cunctaque opera nostra nobiscum operari, & onera nostra simul nobiscum portare velit, si ipsum petierimus. Quod quando facit, homo laborem non sentit, sed quasi si ab omni sibi videtur onere liberatus: in omnibus donis nudus ac liber existit, in omnibusque sibi accidunt, semper in Deum refugiens, illum pro se respondere permittit: in donis omnibus humiliter sese demittens, indignum se qui cum eiusdem operetur, agnoscit: sicque cum omnibus illis donis in Deum sese refundens & offerens, ipsum vt secum operari velit, deprecatur. Et cuncta hominis opera diuina efficiuntur. ¶ Ait magister quidam: Si homo seipsum in seipsum conuertens, diuinam in actionem obseruaret, multaque quædam opera Dei in seipso deprehenderet, quæ etiam omnes sensus naturales transcendunt. Quod si per vnus integri anni spacium nil aliud faceret



LIBER III.

per, quod opera duntaxat diuina in seipso obseruaret, nunquā melius annū aliquē transegisset, nec vnquā tam bonum aliquod opus patrafset, qm̄ istud multo præcelleret. Quod si vel in fine anni occultū aliquid operis illius, quod in animæ fundo patratum, ipsi referretur, imo si nec referretur, sane annum illum melius ipse peregisset quam omnes illi, qui cum seipsis magna quædam interim opera perpetrassent. Quia nimium cum Deo negligi aliquid non potest. Dubium enim non est omnipotentem Deum creaturis omnibus esse nobiliorem. Et homo istius modi cuncta exteriora deserens opera, satis quod agat interius, habet. Atque hic vera pax inuenitur. Quod tamē paucissimi credere volunt, tam videlicet diuinum opus in hoc fundo perfici. Et hac de causa tantus error seculares pariter ac religiosos occupat & inuoluit, quod scilicet ab hoc culto hoc fundo spiritus, in quo Deus ipse inhabitat, exciderunt & aberrarunt. Dum enim Deum intra sese existere credere nolūt, profecto uenam uiam peccatoribus vniuersis incognitam derelinquunt. Denique multi sunt, qui in sua propria natura & captu proprio persistentes, secundum rationem suam operantur, priusque in actiua vita, & deinde in alijs duabus perfici volunt. Sed in hoc pro dolor deficiunt, eo quod in infimo ac sensuali homine permanentes, nunquam spirituales ac diuini efficiuntur. Cuius ratio est, quia in illum essentialē fundum sese minime introuertunt, in quo seipsum Deo funditus resignare debuissent, ut ipse simul cum eis operaretur: per quod omnia eorum opera spiritualia ac diuina redderetur: in quo uita actiua perficitur.

II Quando



MARGARITAE EVANG.

Quando nanque seipsum homo cum omni intel-  
lectu viribusque suis intus & exterius Deo suo  
applicat, sicut discipulus suo magistro, omnem-  
que captum suum viresque suas in Deo fundi-  
tus relinquit, tunc Deus ipsum hominem sibi as-  
sumens, omnia eius opera operatur, cuncta eius  
onera portat, & ab omnibus eum periculis vbi-  
que tuetur. Vnde quidam sic ait: O homo, aut  
serua teipsum, & virtutes cum magno labore ex-  
equere, nec tamen vnquam ad statum optimum  
pertinges; aut resignans teipsum virtutes omnes si-  
ne labore perfice, & altissimum statum apprehendes.

Recollectio, humiliatio, resignatio & pre-  
paratio deuota ad sacram communio-  
nem. Cap. LVIII.

**F**ortissime Deus spirituum vniuersę carnis,  
magnus consilio, & incomprehensibilis cogi-  
tatu: cuius oculi aperti sunt super omnes  
vias filiorum Adam, vt reddas vnicuique fecer-  
dum opera sua, & secundum fructum adinuen-  
tionum eius: Ego ingratiſſimus peccator, omni-  
um hominum vilissimus, toto quo possum ce-  
nata, desiderijque seruore ab omnibus vitijs &  
concupiscentijs meis, paruis & magis, stabili v-  
que ad mortem proposito, te iuuante, me auer-  
to, creaturisq; vanis vniuersis abrenuncio, pro-  
que per fidem, spem & charitatem, ad te dulcissi-  
mum creatorem meum toto corde conuertendum  
desidero. Sicque coram altissima maiestate tua  
me & omnia intuente, humiliter in terram pro-  
dens, confiteor me bonitatem tuam tot & capi-  
tis peccatis sup numerę arenę maris multiplici-  
tis, grauissime offendisse, vt meipsum nusquam  
in te



LIBER III.

In inferno inferiori valeā iuste collocare. In quē  
 simul & in propriā nihilitatem me demergens,  
 opto veræ pœnitentiæ, & amoris lachrymis to-  
 tum sanguinem meū efflere & consumere omni-  
 bus diebus vitæ meæ, & vniuersa totius creatu-  
 ræ bona opera facere, pœnasque sustinere, te ad  
 iuuante, ad rehonorandū te, quem tā enormiter  
 offendi & contempsi. ¶ Sed quia nihil habeo ex  
 me præter peccata, ideo humiliter te offero ex af-  
 fectu oīm electorum tuorū & totius creature tuæ  
 in vnione amoris, q̄ teipm obtulisti in cruce pro  
 nobis, diuinissimū eucharistiæ sacramentū, q̄d  
 per omnes sacerdotes mundi tibi hodie offertur  
 in ecclesia catholica, cū oībus meritis tuis, & ora-  
 tionibus oīm amicorū tuorū, in hostiā pro pecca-  
 tis meis, & totius mundi in sacrificiū laudis pro  
 vniuersis beneficijs tuis, in holocaustū pfectæ re-  
 signatiōis, & in incēsum tui amoris. Et cū eadem  
 sacra oblatiōe pariter offero, & resigno tibi in tu-  
 um æternū beneplacitū, pure pro gloria tua, &  
 ecclesiæ tuæ salute, meipsum totū ex toto corde  
 meo, & quicquid sum, possum, & habeo, cū vni-  
 uersa creatura, ad relinquendū, ad agendū, ad di-  
 mitteudū, et ad patiendū per auxiliū gratiæ tuæ,  
 omnia quæcunq; spūs tuus sanctus a me exigere,  
 aut sup me pmittere voluerit in tēpore & æter-  
 nitate, omnibus qbus tibi placuerit modis. Ma-  
 xime aut resigno me ad verā abnegationē sensu  
 aliū oblectationū, ad mortificationē oīm vitiorū  
 cōcupiscentiæ & passionū, propriæ dēq; volun-  
 tatis & q̄sitionis, ad summā corporis & spiritus  
 paupertatē, ad infirmitates, iniurias, derisiones,  
 persecutiones, pericula, mortē pœnasq; præsen-  
 tis vitæ pariter ac futuræ, & ad accipiendū oīa

II ij euen.



MARGARITAE EVANG.

eusta de manu tua, & ad perpetuam custodiam  
 mei interioris & exterioris hominis, & ad impie-  
 dum in omnibus tuum beneplacitum, & inspira-  
 tiones bonas, iuxta crucifixæ vitæ tuæ exemplū,  
 absq; vlla dissimulatione vel mora. ¶ Verum  
 quia hæc ardua opera non sunt volentis neque  
 currentis, sed tui miserentis: idcirco abyssus mi-  
 serix meæ, inuocat abyssum misericordix tuæ,  
 obsecrans te dulcissime Iesu per amorem, quo  
 pro me homo fieri, pati ac mori, & teipm nobis  
 in cibum relinquere dignatus es, vt respicias me  
 miserum peccatorem oculis misericordix tuæ,  
 quibus respexisti Mariā Magdalē in conuulso,  
 Petrū in atrio, & Latronē in crucis patibulo: &  
 da mihi plenā peccatorum meorū in hoc seculo  
 remissionē: & recipe me in paradysum gratiæ tuæ,  
 & laua me in tuo calido sanguine: & fac me red-  
 iuū in tua preciosa morte, & exorna me supra-  
 dicta meipsum totali abnegatiōe, necnō pietate,  
 humi tate, obediētia, patiētia, pietate, puritate,  
 charitate, & vniuersis tuis virtutibus & meritis  
 & præpara ipse tibi fundum animæ meæ, in quo  
 teipsum suscipere & habitare digneris, in tanta  
 charitate, quanta teipsum in vltima cœna sus-  
 cepisti, pro supplenda omni indigna susceptione  
 nostra. ¶ Veni dulcissime mi sponse in animam  
 meam, et tuis vulneribus cor meum saucia, tuo  
 sanguine mentem meam inebria, tuo corpore  
 meum corpus castifica, tua anima meā animam  
 sanctifica, tuo spiritu meū spiritum viuifica, tua  
 diuinitate me totū in te trāsforma & adglutina,  
 vt quocunq; me vertero, semper te videā crucifi-  
 xum, & quicqd aspexero, tuo mihi appareat san-  
 guine rubricatū: vt sic totus in te transiens, nihil  
 præter



præter te valeam inuenire, nihil nisi tua vulnera  
intueri. Hæc mihi sit cōsolatio, tecū mi dñe vul-  
nerari, tecū despici, tecū pati. Hæc intima sit mi-  
hi afflictio, sub te aliqd meditari, aut extra te con-  
solari. Nō quiescat cor meū bone Iesu, donec in-  
ueniat te centrū suū, vbi cubet, vbi regescat, vbi  
suū terminet appetitū. ¶ Da mihi dulcissime Ie-  
su, sic māducare te panē viuū, qui de coelo descē-  
disti, vt totus manducer a te, & nō tu in me, sed  
ego transmuter in te, & viuam totus propter tes  
dicq; tu maneat in me, et ego in te per mei corpo-  
ris, animæ, & spiritus transformationem: vt to-  
tus exeam ex me in te, & nunquā redeam in me:  
sed amittam me totum absorptum in te, vnde in  
æternum mihi nunquam pateat exitus a te.

Alia deuota oratio ad sacram communio-  
nem.

Cap. LIX.

**O** Dulcissime atque amabilissime dñe Iesu  
Christe, quem nunc deuote desidero susci-  
pere, tu scis infirmitatem & necessitatem  
meam quam patior, in quantis malis & vitijs ia-  
ceo, quam sæpe sum grauatus, tentatus & inqui-  
natus. Pro remedio ad te venio, pro cōsolatiōe  
& subleuamine te deprecor: ad omnia scientem  
loquor, & cui manifesta sunt oīa interiora mea,  
& qui solus me potes perfecte consolari & ad-  
iuuare. Tu scis quibus bonis indigeo præ omni-  
bus, & quam pauper sum in virtutibus. Ecce sto  
ante te pauper & nudus, gratiam postulans &  
misericordiam implorans. Refice esurientē men-  
dicum tuum. Illumina cæcitatem meam clarita-  
te præsentis tuæ. Accende frigiditatē meā igne  
amoris tui. Verte mihi omnia terrena in amari-

II ij tudi-



MARGARITAE EVANG.

tudinem, omnia graua et contraria in patientiā,  
omnia infima & creata in contemptum & obli-  
uionē. Erige cor meū ad te in coelū, & ne dimi-  
tas me vagari sup̄ terram. Tu solus mihi ex hoc  
dulcesceas vsq; in seculum, quia tu solus cibus et  
potus meus, amor, gaudiū & dulcedo mea. Vtinā  
nam me totaliter ex tua præsentiā accendas &  
comburas, & in te transmutes, vt vnus tecum et  
ficiar spiritus per gratiam internæ vnionis, et li-  
quesfactionē ardentis amoris. Ne patiaris me ite-  
iunum & aridum a te recedere, sed operare me  
cum misericorditer, sicut sæpe operatus es cum  
sanctis tuis mirabiliter. Vtinā totus ex te igne-  
cerē, & a me ipso deficerē, cū tu sis ignis semper  
ardens & nunquam deficiens, amor corda purifi-  
cans, & intellectum illuminans, Amen.

Oratio ante susceptionem venerabilis sa-  
cramenti. Cap. LX.

**C**redo o benedicte Deus, qd tu ab æterno  
fuisisti vna increata, amabilis, dulcis, im-  
mobilis ac diuina essentia: quā nemo no-  
uit, nisi cui tu per te ipsum volueris reuelare. Credo  
quod per charitatem & amorem illum, qui  
in diuina essentia tua est & erat, coelum & terram  
cunctaque in eis existentia condidisti, quodque  
ea omnia priusquam fierent, ab æterno ideata in  
memoria tua, præuisa in sapientia tua, & per be-  
nignam voluntatem tuam præordinata fuere. Credo  
quod quicquid sancta credit ecclesia, & quicquid  
tu me credere vis domine Deus meus. Credo quod  
tu sis dñs meus & Deus meus, q me de nihilo cre-  
aui: & ego q sim creatura tua, opus manū tu-  
æ: ideo q te sup̄ oia amare sum astrictus. Et sic  
cunctis



## LIBER III.

eundū humanitatē tuā, per quā me redemisti, dñs  
 meus es tu, ideoq; te sup omnia debeo reuereri at-  
 que timere. Credo q; secundū diuinitatē tuam in  
 me existas, vitæque sis animæ meæ, a qua etiam  
 nunq; velis recedere, sed eam vel in gaudijs vel  
 in pœnis æternaliter viuere facies. Credo diuini-  
 tatē tuam nihil in me, nisi per humanitatē tuam  
 operari velle. Credo te hic in venerabili sacra-  
 mēto cum glorificata anima, glorificato corpo-  
 re & sanguine, totaq; diuinitate tua præsentem  
 existere, meq; immutare & tecum vnire appetere  
 ac desiderare. ¶ Vnde & obsecro te benedicte  
 domine Deus meus, per merita gaudiosi spiritus  
 tui, permitte diuinitatem tuam radiare in spiri-  
 tum meum, in memoriam videlicet, intellectum  
 & voluntatem, eundemq; spiritum meum paci-  
 ficum, gaudiosum & liberum effice. Et per merita  
 dolorosæ animæ tuę pmitte diuinitatem tuā lu-  
 cere in animā meā, & desideria ac intentionem  
 meam accende in amore tuo, cunctisq; virtuti-  
 bus illis, quibus decorata erat anima tua, exor-  
 na pauperem ac deformem animam meam. De-  
 nicho amabilissime domine Deus meus, per me-  
 rita quæso sancti, puri ac vulnerati corporis tui  
 permitte diuinitatē tuā lucis suæ radios diffunde-  
 re ac dirigere in corpus meum, ipsumq; sanctū,  
 mundū & aptū effice, cunctaq; mēbra mea per  
 sanctissima gloriosaq; mēbra tua, quæ olim ex  
 vero amore pro mei redemptione ad omnē pœ-  
 nam et afflictionem obtulisti, benignus exorna.  
 Et nunc domine Deus meus fiat mihi iuxta desi-  
 deriū tuum, qd sane nō aliud est, quā vt inuenire  
 possis aliquē, in q̄ te ipsum sumere queas. Ideoq;  
 rogo te benedicte Deus meus, quia secundum

II iij diui-



MARGARITAE EVANG.

diuinitatem tuam in me existis, te ipsum ad te ipsum talem, qualis in hoc dignissimo es sacramento (in quo utique verus Deus & homo verus existis) accipias, quatenus per te in te totaliter immutari possim: idque per praesentiam humani amorosi spiritus tui ad spiritum meum, & sanctissimae animae tuae ad animam meam, ac sacratissimi corporis tui ad corpus meum, ut sit gaudium & pacem in me habere possis.

Alia oratio ante sacram communionem,

Cap. LXI.

**S**alue o altissima, reuerendissima & super sanctissima Trinitas Deus meus. Salue o dulcissime domine Iesu Christe fili Dei uiui. Adoro occultam veritatem tuam sub panis specie latentem. Omnes interiores animae meae vires te laudare, tibi que gratias agere desiderant pro ineffabili illa charitate tua, qua propter nos homo fieri, & in te peccata nostra suscipere dignatus es. Pro illo quoque immenso amore tuo, qui te vitae fontem pro nobis mori fecit. Et demum pro excessiua dilectione illa, qua altissimam diuinam maiestatem tuam sacratissimamque humanitatem tuam nobis in pignus amoris, & animarum refectionem ac nutrimentum reliquisti. Per triplicis huius stupendae charitatis tuae, amarissimae passionis tuae, & preciosi sanguinis tui virtutem dignare domine praeparare fundum animae meae ad digne suscipiendum te piissimum redemptorem meum. O virtus omnis virtutis. O vita omnis vitae. O pater immensae misericordiae. En desidero te tam veraciter suscipere in animam meam, sicut vere credo & scio



LIBER III.

te verum Deum ac verum hominem hic presentem adesse. **O** Deus æterne, scio et bene scio, quod te penitus indignus sum, sed te nequaquam carere possum: quippe qui te vehementer indigeo. Cum ergo pater sis misericordiarum, obsecro te ut vires animæ meæ in precioso sanguine tuo mūdare, virtutibus tuis exornare tecumque unire, & per diuinam potentiam tuam, sic meā confortare infirmitatem digneris, ut diuinam maiestatem tuam nullo vnquam mortali peccato offendam, & quotidianas culpas pro viribus euitem. Conforta quoque memoriam meam, ut te iugiter in corde & cognitione mea circumferam, sanctissimaque vestigia tua cum omni humilitate & mansuetudine sequi contendam. Et per diuinam sapientiam tuam illumina intellectū meum, tantumque luminis & cognitionis tam de diuina excellentia tua, quam de propria vilitate ac defectuositate mea mihi infunde, sicut hoc tibi & honorificentissimum & acceptissimum esse nosti. Atque per abyssalem dulcissimam benignitatem tuam, da mihi cordialē ac ardentissimam charitatē, per quam voluntatē meam tuæ semp placitissimæ volūtati vniam, te ex omnibus animæ meæ viribus diligam, tuamque laudem & honorem in omnibus pure quæram. O domine Deus meus, ecce meipsum nunc vnio tecū. Da igitur ut omnes interiores venæ animæ meæ tuo amore perfluantur, quatenus te Deum meū perfecte, sapienter, dulciter & perseveranter diligere possim.

Gratiarum actio & sponsi susceptio.

Cap.

LXII.

II v

Opta-



MARGARITAE EVANG.

**O** Prato aduenisti, o omnipotens altissima potentia patris. Oprato aduenisti, o æterna sapientia uerbi. Oprato aduenisti, o superdulcissima, influens & effluens charitas spūs sancti. Oprato aduenisti, o summū & excellentissimum bonū, o incōprehensibilis deitas, o supersanctissima Trinitas, o simplex vnitas, o æterna suauitas. Oprato uenisti, o dulcissime dñe Iesu Christe, fili Dei & uirginis Mariæ. Oprato aduenisti o iuuenis pulcherrime, & amabilis sponse aiæ meæ. Oprato aduenisti, o nobilissimū, benedictum atq; sanctissimū sacramentū. Oprato aduenisti, o pijsimū, effluentissimum, seruentissimum ac amorosissimū cor dñi mei Iesu Christi, ex quo mihi preciosissimus cibus iste profluxit. En centies millies laudo & benedico te & gratias ago tibi, o omnipotens deitas patris, tanta laude, quanta dignus es, q̄ ad tam uilissimū uermiculum uenire dignata es, ad confortandum eum in infirmitate sua. Laudo & benedico te, & gratias ago tibi centies millies, o æterna filij sapientia, tanta laude, quanta dignus es, quod ad tam immundam cæcāq; animā uenire dignata es, ad mundandum & illuminandum eā. Laudo & benedico te & gratias ago tibi cēties millies, o excellentissima bonitas spūs sancti, tanta laude, quanta dignus es, quod ad tam pauperem & torpentē animam uenire dignata es, ad calefaciendum & inflammandā eam in amore tuo.

**E**t nunc rogo te domine Deus meus, q̄ in hoc dignissimo sacramento cū multis angelorū millibus & ineffabili dilectione præsens ades, dignare cor meū transfigere iaculo amoris tui, animā que meā tam fortiter & indissolubiliter constringat



## LIBER III.

gere vinculo charitatis tuæ, vt nunq̄ a te separari valeam in æternum, deſq̄ eidem animæ meæ benedictionem diuinæ gratiæ tuæ.

Alia gratiarum actio poſt communionem. Cap. LXIII.

**G**Audens gaudebo in dño de mirabilibus operibus ac ſtupenda dignatione Dei patris. Ecce enim verbum cordis eius factũ eſt nutrimentum meum, & gloria cœli facta eſt cibus meus. O qd̄ vltra deſiderare poterõ? Quid me poſthac contriſtare, quidve mihi nocere poterit? Iam enim induit me dominus veſtimento ſalutis, & tanq̄ ſponſam corona gloriæ & charitatis virtute, in quibus perenne gaudiũ later, me exornare dignatus eſt. O vnica ſpes atq̄ ſolatiũ meum, in te ſit æterna requies mea, quia tu es perfectum gaudiũ meum. Te ſuper omnia deligat cor meũ, quia tu es deſiderabiliſſimus theſaurus animæ meæ, nec eſt quiſq̄ ſimilis tui. Ideoq̄ te omni momento ſuſcipere deſidero in cor meum, o amantiſſime ſponſe animæ meæ, o ſuauiſſimum nutrimentum meum. Et nunc o domine Deus meus, poſſidere dignare cubiculum mentis meæ: quia cor meum apertum eſt tibi. Te deſiderat interiores vires meæ: teq̄ circumplector in corde meo, excludens inde creaturas vniuerſas, quatenus omnia in me pereant te vno excepto, o omnium charorum chariſſime & ſuauiſſime hospes animæ meæ.

Exercitium deuotiſſimum poſt ſacrã communionem. Cap. LXIII.

**S**alue, ſalue o dulciſſime domine Deus meus, o glorioſe ſpiritus, anima, corpus &

ſan-



## MARGARITAE EVANG.

sanguis domini mei. En ex toto corde meo te rogo & obsecro per virtutem & praesentiam diuinitatis tuae, immuta in te spiritum, animam, carnem & sanguinem meum, per sanctissimam animam, carnem & sanguinem tuum, quae nunc indignus sumere praesumpsi. O sancte Deus, sanctifica me nunc ad honorem & gloriam tuam. O fortis Deus, euince nunc infirmitatem meam. O immortalis aeternae Deus, iam posthac viuere digneris in me. O vita animae meae, permitte diuinitatem tuam in me & per me lucere, tuque ipse in me & per me ambulare, in me & per me loqui, in me & per me secundum acceptissimam voluntatem tuam, quicquid tibi placet, operari digneris, ita ut nihil in me sit, quod tuum non sit. Oculi mei tui sint oculi, ut per eos videre. Aures meae tuae sint aures, ut per eas audire. Lingua mea tua sit lingua, quo per eam loqui: & omnia membra mea tua sint membra, ut cum eis, quicquid tibi placuerit, operari possis. Et per meritum purissimi gloriosique corporis tui te rogo, ut cor meum tuum cor sit, quo videlicet desideria ipsius ad honorem tuum dirigere digneris, utque caput meum tuum sit caput: sanctissimamque ac inuisibilem Trinitatem tuam, quae deitatem tuam in se habet inclusam (per quam eadem diuinitas tua operatur) patrem videlicet, filium & spiritum sanctum (quam nimirum diuinitatem tuam secundum humanitatem tuam in glorioso capite tuo cognoscis, amas & fruere per memoriam, intellectum & voluntatem tuam) in capite meo operari permittas: ita ut memoria mea tua sit memoria, de te per te iugiter cogitando: & intellectus meus tuus sit intellectus, te ipsum per te ipsum



## LIBER III.

te ipsum intelligendo: & voluntas mea tua sit voluntas, nihil videlicet per gratiam tuam volendo, quam quod tu vis, vt sic vnus spiritus cum diuinitate, vnumq; corpus cum humanitate tua esse possim. ¶ Atq; istud ipsum sic omnibus tam viuis, quam defunctis prodesse facias, ac si hoc ipsum per seipsum modo perfectissimo exercissent: & specialiter N, & N, pro quibus specialius orare teneor ac desidero, quos hic tibi represento. Rogo autem istud domine Deus meus, per merita humani gaudio spiritus tui, sanctissimæ dolorosæ animæ tuæ, & sacratissimi vulnerati puriq; corporis tui: & quidē ad delectationē tuam in eodem sacratissimo corpore tuo, quo me per virtutem diuinitatis tuæ redemisti: & ad honorem tuum in sanctissima anima tua, qua me coemisti, quatenus per eam in vita viuā gratiæ tuæ, atq; ad gloriā tuā in humano gaudio spiritus tuo, per quem o benedicte Deus, diuinitati tuę plenissime sum reconciliatus. Idq; ad hoc o dulcis & benedicte domine Deus meus, vt per sanctissima merita tua benedicte diuinitas tua delectetur habitare in corpore meo, sedere in anima mea, & requiescere in spiritu meo: vt sic & in me, & in cunctis hominibus, viuis simul atq; defunctis pacem & gaudium habere possis.

### De fructu exercitiij huius. Cap. LXV.

**S**ane posset quis hac fide, intentione ac desiderio, sic aliquando hoc dignissimum percipere sacramentum, vt eiusdem sacramenti fructum (qui est amor diuinus) cum tali charitatis vnione in sese perciperet, vt deinceps nunquam mortale peccatum admittere posset. Et licet ve-



MARGARITAE EVANG.

et venialia quandoque incideret, ipsa tamē haud  
 quā ei adherere possent, quin ilico diuini amo-  
 ris igne absumerentur, per quem omnia in inte-  
 rioribus suis est perlustrata, in totali suiipsius ab-  
 negatione, per quam semper magis omnipoten-  
 ti Deo, q̄ sibi ipsi in suiipsius abnegatione inni-  
 tur, credendo ipsum intra se existere, eumque om-  
 nia posse, quodque ex se nihil sit nihilque possit:  
 sperando etiā q̄ libenter eum adiuuare velit, su-  
 umque in ipsum amorem proijciendo, & hono-  
 rē ac voluntatem illius omnibus anteponendo.  
 ¶ Et tunc benignissimus Deus pro sua pietate  
 in anima operatur, q̄ tunc hic (vt ita dicā) absque  
 modo, absque opere, absque desiderio, absque vo-  
 luntate, absque amore & absque cognitione effi-  
 citur. Et primo quidē absque modo fit, non quod  
 esse creatum amittat, sed in Deum transforma-  
 tur, ipsique velut ferrum igni vnitur. Sicut em̄ fer-  
 rum quamdiu in igne perdurat, ignis est, sic &  
 anima cum Deo per gratiam Deus est, donec se-  
 se extra hanc vnionem auertat. Secundo absque  
 opere fit. Quia videlicet nihil s̄a operatur, sed in  
 Deo suo agitur, ipsumque operari permittit, q̄  
 pe quae satis nouit nihil se absque illo posse, ideo-  
 que nec vlla sibi bona opera ascribit, sed sem-  
 per cū Esaiā fatetur, dicēs: Dñe omnia opera no-  
 stra operatus es nobis, de quibus fit laus, ho-  
 nor & gloria immēsa bonitati tuę. Tertio fit abs-  
 que desiderio. Quia quicquid desiderabat, iā ob-  
 tinuit. Quarto absque voluntate efficitur. Quia ni-  
 hil iam vult, nisi quod Deus velit, quem nunc  
 obtinuisse se gaudet. Quinto fit absque amore.  
 Ipsa em̄ iam velut amor ipse, q̄ Deus est, effici-  
 tur: adeo tota diuina, & vnus cum Deo fit spiritus.



LIBER III.

tus. Sexto & absq; cognitione efficitur. Quicqd  
 enim hic cognouit, iam amplius non cognouit,  
 quippe quæ latissimum ac increatū bonū illud,  
 quod Deus ipse est, quem creatura nulla capere  
 potest, in seipsa sentit ac deprehendit. ¶ Anima  
 igitur, quæ summum bonum cognoscere, ama-  
 re, fruique desiderat, illa sicut præfatum est, sei-  
 psam abneget, credatq; Deum per diuinitatem  
 suam intra se existere, eumq; solum seipsum per-  
 fecte cognoscere, ideoq; & se solum perfecte a-  
 mare ac frui posse. Sicq; anima in Deum trāsfor-  
 mabitur, & Deus in ea (vt sic dicam) nihil effi-  
 cietur. Quia tantum eū fore cognosceret, vt in crea-  
 turis nihil omnino sit, cui vllō modo valeat cō-  
 parari: ipsaq; viribus omnibus exuetur, quippe  
 quæ iam virtus ipsa effecta est, & ad virtutes  
 omnes propensissima. Nunc igitur o nobilis  
 anima gratias age semper domino Deo tuo, q;  
 ipsum tantum dominum, quem cœli & terra ca-  
 pere non possunt, in cordis tui hospitio suscipere  
 meruisti, Amen.

Oratio deuota post sacram communionē,  
 simul insinuans qualiter te custodire or-  
 porteat, ne fructum tanti sacramēti im-  
 pedias. Cap. LXVI.

**A** Nima Christi sanctifica me. Corpus  
 Christi salua me. Sanguis Christi inebria  
 me. Aqua lateris Christi laua me. Pas-  
 sio Christi conforta me. Mors Christi viuifi-  
 ca me. Spiritus Christi accende me. Delic-  
 tas Christi transmuta me. O bone Iesu exau-  
 di me. In vulneribus tuis absconde me. Ab hoste  
 maligno defende me. In hora mortis me voca  
 me,



## MARGARITAE EVANG.

me, protege me, & pone me iuxta te, vt cum omnibus sanctis & electis tuis in secula seculorū laudem te. ¶ O dulcissime Iesu, qui te exaltatum a terra omnia tibi attracturum dixisti, virtute diuinissimi sacramenti tui trahe me nunc ad te ex omni proprietate voluntatis meae, in vnam voluntatem tuam. Trahe me ad te ex omni amore & adhaesione rerum creatarum, & ex omni cura necessitatum corporalium, in affectum extreme paupertatis. Trahe me ad te ex corporali imaginibus & formis, in nuditatē spiritus. Trahe me ad te ex omni propria quaesitione & recessentia in donis spiritalibus, in deipassiuā paupertatem & libertatem spiritus. Trahe me totū ad te ex meipso, & omni priuato amore, in sponsalem vnionem & indiuiduam amicitiam recū. Trahe me ad te in scholā spiritus sancti, replens me omnibus donis eius, mihi pro tua gloria & animarum salute necessarijs. ¶ Obsecro etiam te dulcissime domine Iesu Christe, digneris nunc & vsq; in æternum mecum permanere in anima mea, quoniam aduersperascit vita mea, & inclinata est iam dies feruentis dilectionis. Quapropter cōforta me tua virtute, illumina me tua sapientia, & accende me tua ardentissima charitate, vt ea, quae sequuntur (sine quibus in tua vnione nemo diu p̄sistere potest) diligēter custodire valeā. Principio, da mihi meū interiorē & exteriorē hoiem perpetua vigilātia custodire & obsequare, vt tibi interiori, & hominibus exteriori simplici obedientia me semper subijciam: peccata omnia parua & magna summo odio persequar & fugiam: tuum beneplacitum absq; dissimulatione adimpleam. Voluntatem propriam, & omnem



## LIBER III.

mnam priuatum amorem ad meipsum, & ad  
 creaturas, nec non concupiscentias & vitia vni-  
 uersa, præsertim inhæsiua, toto corde abnegē &  
 mortificem. Imprime mihi tuam crucifixā ima-  
 ginem, vt cum te nobilissimo cibo & hospite cō-  
 tentus, terrena omnia vt stercore fastidiam, & in  
 interiori homine continue inclusus & introuer-  
 sus cunctis animæ meæ viribus in te leuatis &  
 defixis, tecumq; vnitis, habitem, tibiq; soli va-  
 cans & intendens maneam. Cor ab euagatione,  
 linguam a verbis inutilibus, & cæteros sensus  
 & membra mea ab omnibus inordinatis moti-  
 bus, excursibus & excessibus refrenem, & in pu-  
 ritate custodiam. In tuis vulneribus nidificem,  
 & te crucifixum, patientem & morientem indu-  
 am. In sanctis meditationibus, orationibus et lau-  
 dibus tuis, charitatisq; siue obedientię operibus,  
 totum tempus & vires meas, pure pro tua glo-  
 ria & ecclesiæ tuæ salute continue proficiens cō-  
 sumam: sicq; tuæ in me operationi nunquam re-  
 sistam, sed perfecte locum dem, vt tu pacem &  
 gaudium in me habere valeas.

### EXERCITIA ET ORATIO- nes pro morituris.

**O**ratio deuota pro felici morte obtinē-  
 da. Cap. LXVII.

**O**Misericordissime domine Deus meus, e-  
 go indigna creatura tua te laudo, tibiq;  
 gratias ago, & vt omnes homines cum  
 omnibus creaturis te laudent tibiq; gratias a-  
 gant, desidero, pro omnibus beneficijs tuis, quæ  
 mihi & hominibus vniuersis per sanctissimam  
KK                      humani-



## MARGARITAE EVANG.

humanitatis tuæ merita contulisti. Et nunc rogo  
 bonitatem tuam dñe Deus meus per eadem la-  
 cro sanctæ humanitatis tuæ merita, permitte di-  
 uinitatem tuam lucere in me: atq; per omnem  
 contemptum, paupertatem & dolorem, quæ in  
 omnibus sanctissimis membris tuis, & in san-  
 ctissima anima tua, & quinque sensibus tuis  
 sustinuisti, dimitte mihi, quicquid vnquam vi-  
 ribus animæ meæ, quinque sensibus meis, cun-  
 ctisque membris corporis mei in te deliqui. Desi-  
 que mihi pie domine, vt hanc infirmitatem &  
 pœnam, imo & mortem ipsam tam libèter pro  
 tui amore sustineam, sicut tu pro me longe his  
 maiora sustinuisti. **O** pater dulcissime, per o-  
 rationem illam, quam in cruce pro tuis inimi-  
 cis sudisti, dimitte mihi omnia peccata mea. **O**  
 domine Deus meus, intende nunc in adiutori-  
 um meum, propter cogitationem illam pacis,  
 quam super latrone illo tecum crucifixo cogita-  
 bas, quum te rogaret, vt eius memor esse di-  
 gnareris. **O** omnium mœrentium consolator, &  
 via errantium, obsecro te per commendatio-  
 nem illam, qua dilectissimam matrē tuam præ-  
 dilecto discipulo tuo commendasti, recommen-  
 da me nunc eidem dulcissimæ matri tuæ, & a-  
 mantissimo illi discipulo tuo, omnique curiæ  
 cœlesti. **O** refugium & salus animarum, ecce  
 venio nunc ad te, quia creatura tua sum, vnus  
 ex eis, pro quibus effundere voluisti preciosissi-  
 mum sanguinem tuum. Tuus sum ego, ne de-  
 relinquant me, qui idcirco a diuinitate tua ad tē-  
 pus relinqui voluisti, vt ego in perpetuum con-  
 seruarer. **O** fons vitæ, qui ex diuinitatis vena  
 prodixisti, memento nunc qualiter nobilissima  
 huma-



## LIBER III.

humanitas tua inter mortis angustias siti amarissima cruciabatur, & animæ tuæ desiderium adhuc plura pro me pati sitiebat. Obsecro completur in me desiderium tuū, vnia sc̄q̄ te ipsum mecum, ne pereat in me tam acerbissima passio tua. O totius boni consummator, omnia bona opera nostra tuipe operatus es nobis, vnde & tibi soli omnis honor & gloria exhibeatur. Ecce rogo te per perfectissimum illud opus amoris, quod triginta tribus annis pro hostri redemptione consummasti, implēdo quicquid de te prophetę tui prædixerant, da vt tantum inde fructum consequar, ac si ego ipse hoc pro tui amore fecissem, sicut & tu illud mei amore fecisti: & supple quicquid honorum operū neglexi, quodq̄ toties obiectē posui diuinæ inactiōi tuę, mihi clemēter ignosce. ¶ O dñe Deus meus, vtinā in te nunq̄ peccassem. O Deus Deus meus, vtinā semper homo secundū cor tuū fuisset. O Deus Deus meus, vtinā vel reliquū omne tēpus vitæ meæ pro gratissima voluntate tua expendā. O vtinā vel in hora mortis meæ secundū cor tuū inueniri merear. O vtinā dñe Deus meus hic in tēpore, & illic in æternitate semp̄ pacē & gaudiū in me habere possis. O dñe Iesu Christe, dñe Deus meus, en ego pauper & peccatrix creatura tua te humiliter oro, miserere mei per ineffabilē illam angustia et terrorē, quē nobilissima aia tua sustinebat, quū corpus tuū sanctissimū exire debebat. Tunc em̄ diuinitas tua in maximis illis pœnis te dereliquerat, in quibus nihilo minus tam perfecte in patris tui beneplacitum te resignasti, vt libenter etiam mille annis, & vltra in eadem derelictione, paupertate, contēptu et doloribus propter me

KK ij      suspen-



MARGARITAE EVANG.

suspensus manere velles, quo me diuinitati perfecte reconciliares. Atque in hac mortis angustia constitutus, dicebas: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Etenim o dulcissime domine Iesu Christe cum humili oratione nobilissimam creatamque animam tuam in virtutem increata sempiternaque deitatis tuae commedabas, quae eandem benedictam animam tuam post suum a corpore discessum perlustrabat, exhilarabat glorificabatque, adeo ut ex claritate illa diuinitatis tuae, quae ex ipsa radiabat, omnes illi sanctissimi patres in lympo constituti, gaudio magno et incomparabili perfunderentur. Per haec (inquam) te rogo domine Deus meus, suscipe reuertentem ad te animam meam in manus tuas, ipsique prodesse facias merita sanctissimae humanitatis tuae, quatenus diuinitas tua in ea lucere, eique reatum ad aeternam beatitudinem iter demonstrare dignetur, Amen.

Qualiter ad mortem nos preparare debemus. Cap. LXVIII.

**C**V M ergo morti nos propinquare sentimus, animum nostrum ad terram promissionis (quae Deus ipse est) conuertere debemus, attendendo videlicet qualiter ille lacte et melle fluat. Etenim secundum diuinitatem suam velut fauus distillans dulcedine plenus. Porro, sicut fauus in omnia, quibus propinquare valet, effluere non cessat: ita & Deus omnipotens in omnes, qui sese ad ipsum conuertunt, & gratius affectuose desiderant, sine cessatione promittit. Est & lac vitalis nutrimenti secundum humanitatem suam, omnium illorum, quibus bona opera



na opera virtutesque deficiunt. Taliter ergo cogitatione & desiderio ad terram viventium, quæ, sicut dixi, est ipse Deus & homo, nos conuertere debemus, recogitando beneficia nobis ab ipso collata, in creando nos, quo videlicet ipsum cognosceremus, amaremur ac frueremur, et per amarissimam mortem suam nos redimendo ac lauando in precioso sanguine suo: volendo in super & desiderando nos perpetua felicitate donare, si pro hoc ipsum deprecemur. Taliter ergo intra nos ipsos dicemus:

**Oratio & confessio pro felici morte.**

**G**Ratias ago tibi dñe Deus meus, quod Christianus sum, & fidem Christianam teneo. Credo enim, quicquid sancta credit ecclesia tua, atque in hac fide mori desidero. O dñe Deus meus, cognosco ex gratia tua non me vixisse, sicut debui & potui, de quo valde doleo: & nunc omnino profusus volo secundum voluntatem tuam corrigere me omnibus diebus vitæ meæ. Credo etiam, quod dominus meus Iesus Christus mortem amarissimam in cruce pro me sustinuit, & confiteor me saluari nullatenus posse, nisi per sanctissimam mortem ipsius, in qua etiã ob hoc omnem spem meam constituo, eidemque me immergo, inuoluo atque commendo dicens: O pater amantissime, si me occidere decreuisti, occide prius in me omnem iniustitiam & iniquitatem, & omne remoue impedimētum: meque clementer adiuua, vt iusta, patienti sanctaque morte succumbam. O omnipotens & misericordissimè pater, in sanctissimam mortem domini mei Iesu Christi vnigeniti filij tui pono inter me &

KK iij distri-



districtum iudicium tuum, eiusque sanctissimam vitam, passionem, mortem & preciosissimum ac innoxium sanguinem tibi offero pro omni tu perflua & inutili vita mea, pro omnibus malis, quae feci, & bonis, quae omisi. O dulcissime domine Iesu Christe, in amarissimam mortem tuam statuo inter peccata mea, & iustitiam tuam pro amore, pace, scuto, protectione saluorum conductu, ut nunquam ad iudicium tuum nisi modo praefato venire me sinas. Tunc enim comparebo libenter & libentissime.

Quid in hora mortis cogitare debeamus. Cap. LXIX.

**D**Enique, in ipso mortis articulo cereus accensus nobis in manus datur, per quem Deus & homo significatur. Cera namque sacratissimum corpus eius designat, quod pro nobis ad omnem poenam exposuit: Lychnus vero purissimam animam ipsius, quam propter nos morti tradidit: flamma demum altissimam divinitatem ipsius, quae inestimabili ad nos, etiam antequam creati essemus, amore flagrabat. Porro, sicut flamma ceram cum lychno consumit, sic & Deus omnipotens ex ardentissimo amore, quo ad nos actuabat, corpus & animam suam totaliter pro nobis in omni paupertate, ignominia poenaeque consumpsit. Atque ut hanc passionem & amorem ad nos domini Dei nostri in morte cogitemus, candela nobis cerea accensa porrigitur. Et sicut candela ardere non cessat, nisi aliunde extinguatur, sic nec horum memoria a nobis unquam recedere debet. Sic autem orabimus:

Oratio



## LIBER III.

## Oratio.

**O** Domine Deus meus, obsecro te per merita benedictæ humanitatis tuæ, per gaudiosum humanum spiritum tuum, per sanctissimam animam tuam sacratissimumque corpus tuum, permitte sanctissimam, benedictam & dulcissimam diuinitatem tuam lucere in animam, corpus & spiritum meum, & omnes hostes tuos expelle & eijce a me, meque laua in preciosissimo sanguine tuo, & fac me viuere in te. O vita animæ meæ, da mihi nunc viuere in amore tuo ad gloriam tuam. O lumen animæ meæ, respande nunc mihi, & illumina me. O essentia essentiæ meæ, quæ creasti me, suscipe nunc misericorditer essentiam animæ meæ in diuinam essentiam tuam, in qua ab æterno fui. O pater, in manus tuas commendo spiritum meum, Amen.

Deuota animæ pro sui illuminatione gratiarum actio, & quomodo in anima sua quisque fontem diuinitatis inuenire & conseruare debeat.

Cap. LXX.

**I**ndicauit mihi, o dilectissime, quidam ex peregrinis nostris viam aptissimam, compendiosam & internam ad regnum nostrum deducentem, in cuius viæ extremitate porta Sion, id est, nobilissima animæ portio consistit: que nimirum ex vna sui parte in regali æternitatis ciuitate iacet, ex altera vero in terra corruptibilis carnis. Si ergo per hanc viam ad æternum principium nostrum peruenire volumus ac desideramus, ab omnibus caducis rebus & transitorijs nos omnino denudare, propriamque naturam

KK iij turam



MARGARITAE EVANG.

turam frangere, & per hanc viam introvertere nos ipsos in intimum animæ fundū, atq; per portam Sion transire debemus. Equidē necesse non est, vt post hac in ariditate sit anima nostra. Etenim in fundo eius vena aquarū viuentium, & originalis fons diuinitatis, abyssalisq; diuinæ essentia; puteus consistit. Quæ tamen aquarū rerū tēporaliū luto adeo sunt obrutæ, vt omne fere genus vitiorū desuper excreuerit, ita vt iam omnino incredibile nobis sit, & persuaderi a nemine possit, viuū hunc fontem in nobis existere: idq; ob vitiorū zizania, quæ per naturam foras eruperunt excreuerūtq; vt sunt infidelitas, blasphemia, mendacium, detractio, murmuratio, inquietudo, desperatio, amaritudo, indignatio, irrisio, altercatio, rixæ, inuidia, amor & oblectatio creaturarum, ex quibus omnibus mala tristitia, & plures aliæ iniquitates, quas enumerare longum foret, oriuntur: quæ etiā pro dolor altissimis radicatæ sunt in naturæ fundo, & in cordis intimo, vbi tres vires inferiores originale locum suum obtinuerunt, sub quibus septem peccata mortalia radices suas miserunt. Vires enim concupiscibilis tria sub se mortalia peccata continet, gulam videlicet, luxuriam & acediam. Irascibilis similiter tria, vt pote auaritiā, iram & inuidiam. Porro, sub ratione pudor consistit, cui etiā superbia adhæret, quæ omnia iuxta prædicta vitiorū zizania velare & excusant nititur, eaq; velut sub corno inextricabiliter inuoluit, ita vt homo naturali ratione sua vti non possit. ¶ Sed vniuersa hæc vitia contrarijs virtutibus extirpanda sunt, vt pote charitate, sobrietate, castitate, strenuitate, paupertate, tranquillitate, pa-



### LIBER III.

patientia & humilitate virtutum omnium base  
 atque custode, & consequenter omnibus alijs mo-  
 ralibus virtutibus. Etenim si intra nos puteus  
 aquarum viuentium denuo aperiri debeat, dili-  
 genter ac seriose terram cordis nostri effodere nos  
 oportet. Si enim non satis alte foderimus, aqua  
 scaturire non poterit, sed eam exterius infundere  
 oportebit, quam tamen sic infusam aquam ter-  
 ra citius imbibet, & perit. Ideoque per hanc a-  
 quam omnes exteriores modi, & quicquid per  
 quinque sensus intro recipitur, designantur, quæ  
 quantumlibet pura sint, si in natura terrestri per-  
 siterint, putrescunt ac foetent. Necessæ itaque est,  
 vt ulterius fodiamus per terram cordis et animæ  
 arenam vsque ad arenam puram, quæ est in  
 essentiali illo purissimo fundo, in q̄ vena aqua-  
 rum viuentium, & fons originalis atque abyssæ  
 lis essentiæ diuinæ puteus consistit, quatenus sem-  
 per venæ aquarum viuentium fluant, ne exteri-  
 us aquam haurire cogamur, magis autem nosi-  
 psi large fugiter manare proximisque nostris a-  
 liquid impartiri queamus. ¶ **I**ta enim omni-  
 bus insunt hominibus, quæ quicumque in seipsis  
 deprehendunt, omne bonum & vitam æternam,  
 plusque securitatis & veritatis in ipsis inueni-  
 unt, quam omnes mundi doctores eos docere pos-  
 sent. Qui biberit ex hac aqua, sitim rerum tem-  
 poralium non patietur. Hæc nanque est aqua il-  
 la, de qua dominus ait: Aqua, quam ego dabo  
 ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.  
 Et iterum: Qui credit in me, flumina de ventre  
 eius fluent aquæ viuæ. Etenim aqua hæc tam dul-  
 cis & pura, tantæque virtutis existit, vt omnem  
 vitiorum, quam illa germinant, amaritudinem

KK v de-



## MARGARITAE EVANG.

depellat: amq; fortis, vt cum potenter manat, om-  
 nē naturā resistantiam euincat, superet, com-  
 pescat: totumq; animę regnū & corporis terram  
 perfluens, ipsa fecunda reddat. Denique hac est  
 piscina illa, quæ cum a spiritu sancto mouetur,  
 animam cum omnibus viribus eius sanat et re-  
 stituit. ¶ Porro, si fontem hunc conseruare &  
 ne obstruatur cauere volumus, solidum fidei fun-  
 damentum circa ipsum iacere debemus, & ma-  
 more interiorum cogitationum extruere atque  
 munire, quo videlicet memoria tam fixe & for-  
 titer ad ipsum fontem stabilietur atque firme-  
 tur, vt Deus in eam cum diuinis cogitationibus  
 manare possit: carbunculo quoque, quatenus sci-  
 licet intellectus ita ad eum firmetur, vt Deus in  
 ipsum cum diuina cognitione fluere valeat. Et  
 postremo, ossibus churneis, quo videlicet & ip-  
 sa voluntas ita ad hunc fontem stabilietur, vt  
 Deus in eam cum diuina charitate profluere  
 queat. Sicque per amorosam vnionem sibi mu-  
 tuo applicentur, vt ipse fons in altum ductus, in  
 animę regnum manare possit, & rationem sim-  
 plicem ac luminosam, concupiscibilem terre-  
 nis rebus mortuam, irascibilem, mansuetam  
 & humilem, & omnes affectiones apras ac or-  
 dinatas, conscientiam puram, cor mundum, &  
 omnem corporis terram fecundam reddere que-  
 at. Denique quia preciosissimus est fons iste, cu-  
 stodire, concludere & sauciati corporis domini  
 nostri Iesu Christi tabernaculo tegere eum o-  
 portet. Ipse namq; est firma petra, sine qua nulla  
 virtutum structura consistere potest, et per quam  
 omnes virtutes cunctaq; bona obtinentur ac con-  
 seruantur.

Con-



## LIBER III.

Confessio & gratiarum actio auctoris pro  
sui illuminatione. Cap. LXXI.

**O** Stupenda & admiranda bonitas Dei mei,  
quam magna quaque innumera sunt in  
me beneficia tua. Et quis ea corde vel ore  
cogitare vel eloqui posset, quae mihi o aeterna &  
immensa bonitas contulisti? Veruntamen con-  
fiteor tibi domine Deus meus hoc, quod me am-  
plius mouet, et vehementius accendit, quod vi-  
delicet innotescere mihi fecisti, imo & misisti pe-  
regrinum istum electum amicum tuum. Scio enim  
domine, quod non displicet tibi, laudare ser-  
uum tuum, sed maxime placet tibi extollere a-  
micum tuum. Et reuera dignus est omni laude  
peregrinus iste amicus tuus, per quem me ab er-  
rore reuocasti, & beneficia tua mihi innotescere  
fecisti. Oculos enim habebam, & non vidi lu-  
cem tuam: aures, & non audiui vocem tuam:  
manus, & non sensi nec operabar opera tua: pe-  
des, et non sequebar vestigia tua, nec ambulabam  
per viam mandatorum tuorum. Credebam qui-  
dem esse te vnum Deum, quod & Iudaei & infide-  
les multi credunt, sed intra me te existere longe  
erat a credulitate mea. Credebam etiam in Chri-  
stum Iesum filium tuum, sed Christi opera mi-  
nime faciebam. Vana ergo erat fides ista. Cre-  
debam denique quicquid sancta credit ac cele-  
brat ecclesia tua, sed intra me eadem nequaquam  
celebrabam, in quem tamen finem omnia foris  
obseruantur. Et haec mihi per illuminatum hunc  
peregrinum, perque gratiam tuam reuelasti,  
& abstulisti squamas ab oculis meis, surdita-  
tem ab auribus, obstinationem oris, pigritiam ma-  
num,



MARGARITAE EVANG.

num, instabilitatem pedum meorum & incredulitatem cordis mei, ita vt iam cernere possim lumen tuum interioribus oculis spiritus mei, & audire vocem tuam interioribus auribus anime mee: qua nimirum voce tua Deus meus excitas me ad permanendum iugiter in te. ¶ Quid enim prodesset mihi, quod ab æterno fui increatus in memoria, intellectu & voluntate tua, quodque ad imaginem & similitudinem tuam me fecisti, mecumque te vnisti, quod me redemisti, quod te ipsum mihi in cibum reliquisti, quod me sic electum ex milibus ad hunc locū vocasti, & in corpore ac anima mihi prouidisti: quod denique toties me ad mensam tuam inuitasti, & similia alia multa, quæ numerari non possent, beneficia contulisti? Quid (inquam) prodesset mihi quod ab æterno in te extiti, si non per hunc amicū tuum me edocuisses, qualiter in te per sanctissima merita tua totus refluere debeam, teque seruare in memoria, intellectu & voluntate mea? Et quia in me manere vis, docuisti me qualiter & ego per eadem sanctissima merita tua in te vniri possim ac manere in præsentia tua, ad seruiendum, obediendumque tibi iugiter cum supernis spiritibus, & obsequendum in omni bono, licito & honesto cunctis hominibus propter te ipsum, & non ob amicitiam siue fauorem alicuius: itemque ad opem ferendum vnicuique hilariter, simpliciterque pro tui duntaxat amore. Et licet hoc sæpe ingrato ac peruerso animo accipiat, ne tamen propterea a bono opere cessarem, me docuisti, ad instar angelicorum spirituum, qui tam obsequiosi, simpliciterque obediunt, vt folia de arboribus, si Deo placeret, libentissime colligere



## LIBER III.

colligere vellent, talique promptitudine Deo omnipotenti, hominibus quoque tam malis, quam bonis inseruiunt. Et quantumlibet ingrati sint homines, ipsi nihilo minus in suo ministerio perseuerant. ¶ Insuper docuisti & instruxisti me lumen oculorum meorum domine Deus meus per hunc amicum tuum, quomodo vnus tecum effici spiritus, & in diuini amoris tui abyssum immergi debeam: vbi nimirum spiritus baptizatur, & in tuo spiritu libertate donatur. Quodque voluntas mea penitus in diuina voluntate tua mori debeat, ita vt nihil velle possim, nisi quod sit secundum diuinam voluntatem tuam, (quod videlicet est radix veræ charitatis) & sic ex spiritu tuo renasci, vt spiritus meus in diuino amore & libertate eleuetur supra omnes curas atque timores mortis, inferni, purgatorij & omnium quæ animæ vel corpori in tempore vel æternitate accidere possunt, prospera vel aduersa, mors siue vita, vt in omnibus in amorosa, pacifica ac iucunda libertate & spiritus paupertate permaneam, quatenus nihil in me præter amorẽ tuum viuat. Sicque sim pauper spiritu, mēte subleuatus, pacificus, mitis, humilis & obediens in anima: castus, dulcis, pacificus & amorose introuersus in corde: virtuosus ac honestus in corpore: quatenus omnia opera mea per tua opera nobilitentur. Sicque tuam sanctissimam humanitatem imitando, eidem conformis esse valeam, in eo videlicet quod mundus ac patiens corpore, obediens ac pacificus in anima, et liber ac pauper spiritu efficior permaneoque. ¶ Docuisti me præter ea suavissime domine Deus meus per hunc eundem amicum tuum, quomodo in vita spiritali



MARGARITAE EVANG.

tuam naturam meam comprimere, sensualitatem  
 ac vitiosis inclinationibus mori, carnem spiritui  
 subdere, & secundum nobilitatem & exigentiam  
 spiritus viuere debeam, ne, quod absit, nomen  
 spiritus inaniter geram, semperque introuerus  
 esse & in portis Sion commorari, sapiusque in  
 diuinæ essentiae originem inclinare, & ibidem  
 cum summo bono, teipso videlicet, dulciter  
 confabulari. Vbi nimirum me continue doces,  
 qualiter in corde meo iugiter velut in fascicu-  
 los collectum circumferre debeam, quicquid  
 propter me fecisti, dimisisti, sustinuisti & docu-  
 isti: semperque transformatus esse, quantum  
 humana sinit fragilitas, in imaginem sacrosan-  
 ctæ humanitatis tuæ, portando iugiter in me  
 subleuationem spiritus tui, sanctitatem animæ  
 tuæ, puritatemque corporis tui: sicque sequi  
 perfectissimum exemplar, & sanctitatem vir-  
 tutum tuarum, & in meditatione amarissimæ  
 passionis tuæ tempus meum fructuose expen-  
 dere. ¶ Qualiter demum, quoties anima mea  
 grauata est, te supplex orare debeam, ut ipsam  
 teipso in venerabili sacramento reficere ac ci-  
 bare velis, quatenus in te totus immutari va-  
 leam, efficiarque per gratiam, quod minime  
 sum per naturam, simque homo secundum cor-  
 tuum. Quod denique agnoscere debeam, quam  
 occulte & latenter vitia in me iaceant, & quo-  
 nam loco radices suas miserint, in profundissi-  
 mo scilicet naturæ meæ fundo. Quodque nihilo  
 minus & tu ipse dominus Deus meus in altissi-  
 mo, essentialissimo, purissimoque animæ meæ  
 fundo existas, me semper adiuuare paratus, vitia  
 cuncta euellere, & virtutes pro eis inserere. ¶ Hac



LIBER III.

Hæc itaque & plura alia mihi suauissime De  
 us beneficia contulisti, & intus quidem per tei-  
 psum, exterius autem per sæpe dictum amicum  
 tuum me docuisti. Vnde tamen heu exiguum  
 nimis fructum facio, nimisque ingratus per-  
 maneo: quod quidem, o piissime Deus, per a-  
 marissimam passionem tuam mihi vt indul-  
 geas ac dimittas oro, faciasque vt cuncta be-  
 neficia tua in me fructuosa existant, ne, quod  
 absit, frustra me ea accepisse contingat. Ser-  
 uus enim qui cognouit voluntatem domini sui,  
 & non fecit secundum voluntatem eius, plagis  
 vapulabit multis: & cui multum datum est,  
 multum requiretur ab eo. Et ne forte, o bene-  
 dicte Deus, margaritæ ante porcos sparsæ sint,  
 per sanctissimæ humanitatis tuæ merita te ro-  
 go, vt cuncta quæ me per amicum tuum docu-  
 isti & instruxisti, in me & per me perficere di-  
 gneris. Quia proh dolor me ipsum hoc tempo-  
 re, prout æquum erat, minime aptaui. Et quia  
 in me existis, ea omnia mecum simul & in me  
 & per me opereris, faciasque vt hic amicus tu-  
 us & omnes alij amici tui in hoc statu iugiter  
 proficiant, diuque eos in gratia & dilectione tua  
 conserva ad honorem & gloriam tuam, utilita-  
 temque præsentium ac futurorum: quatenus per  
 hanc interiorum nos ad principium nostrum  
 deducentem semitam ambulare, &  
 venam aquarum viuentium in  
 tra nos sentire mereamur.  
 Ad quod nos adiuua-  
 re digneris piissime  
 Deus noster.

Quomodo



MARGARITAE EVANG.

Quomodo hunc librum simpliciter intelligere & exercere debeamus.

Cap. LXXII.

**P**Rætacta materia & exercitia in quibus sæpius iterantur, eo nimirum vt clarius intelligi valeant, non aut quod ea tam multipliciter exercere debeamus, quæ magis simpliciter exercitanda sunt. Verûtamen nemo ad simplicem hanc exercitationem peruenire poterit, nisi prius cum intellectu, cognitione ac amore oëm mūdialium rerū multipliciter interruptit ac penetrauerit, vt sic bonorum spiritualium utili multipliciter sensus suos occupare valeat: & cum anima amorosa per circulum circuiuerit, vt videlicet sciat & cognoscat præcepta & consilia Dei, statuta superiorum suorum, exercitationes exteriores in ieiunando, vigilando & orando, & quicquid ipsum scire oportet, quæ supersanctissima Trinitas in veteri simul ac nouo testamento patrauit. Quorum omnium cognitionem postquam adeptus est, & in his se exercitauerit, & necdum essentialem quietam vnitatemque inuenerit, tunc in ipsum punctum, id est, simplicissimum illud bonum, quod Deus ipse est, cum simplici interna exercitatione se projiciat, deinceps in oëm multipliciter simplici & quietus in omni occupatione futurus. ¶ Dicitur est præterea sæpius in præfatis exercitijs, quod proprijs operibus ac exercitijs nequaquam inniti, sed Deum in nobis & per nos operari permittere debeamus. Quod profecto non sic intelligendum est, quasi ab omni opere ociosi esse debeamus.



LIBER III.

beamus, aut etiam negligere ea quæ ex regula si-  
 ue statu nostro facere tenemur, aut quasi nullis  
 internis exercitijs intenti esse, sed magis expecta-  
 re, vt Deus ipse per nos ea operetur, nosque ocl-  
 osi consistere, & Deo nequaquam cooperari de-  
 beamus. Hoc sane Deum tētare foret, magnaq;  
 prorsus infidelitas esset, & per hoc in magnam  
 pigritiam ac cæcitatem perueniremus. Vult nan-  
 que Deus omnipotens, vt gratiæ ipsius coopera-  
 tores simus, nosq; cum ipso operemur, et ipse no-  
 biscū. Qui enim creauit nos sine nobis, nō salua-  
 bit nos sine nobis. Omnia potest Deus, sed eius  
 qui propria volūtate ducit, potens nō est. In quē  
 enim ignis inferni desæuiet, nisi in voluntatē pro-  
 priam? Quisquis ergo seipsum iuuare, Deoq; co-  
 operari recusat, illi nec Deus opem ferre, nec o-  
 mniū sanctorū orationes auxiliari poterunt. Iugiter  
 itaq; intra nosipfos cum continua quadam se-  
 dulitate ac diligentia Deum adorare, eiq; nosi-  
 pfos totaliter resignare debemus, ad operādum  
 nobiscum quicquid ei placuerit. Sic etenim no-  
 stri potens efficitur ad operandum nobiscum di-  
 uinum opus suum, dum videlicet totum qd pos-  
 sumus, etiam nos apponere curamus. Porro, quā-  
 do diuinam inactionem nō sentimus, cum gratia  
 ipsius, boni aliqd semper agere debemus, quod  
 ei acceptius esse nouerimus, ne quod Deus auer-  
 tat, ocio detestabili marcescamus. Ocium nanq;  
 omnis peccati & omnium tentationum occasio  
 est. Nunq̄ igitur sic ocio torpere debemus, qn  
 semper omnipotentem Deum ac dominum no-  
 strum cum ardenti amore flammigerisq; deside-  
 rijs in memoria ac sensibus nostris, opusque in  
 manibus, quando ita oportet & necessitas requi-  
 rit,

LL rit,



MARGARITAE EVANG.

rit, habeamus: sicque ab ociositatis crudelissimo  
 hoste tuti esse valebimus. Nemo siquidem absque  
 bono opere Deo placere vel sanctus effici poterit:  
 nemo sine præceptorum Dei observatione,  
 consiliorum executione, & diuina in amore ac  
 desiderio vnione, liber esse valebit. Nec quisquam  
 Deo vacuus esse, nec opere Dei vacare  
 potest. Siquidem nec superni spiritus vnquam  
 a Deo laudibus ac gratiarum actione vacant.  
 Quanto magis ergo nos miseri vermiculi bonis  
 actibus studiose semper intendere debemus,  
 qui in hoc certaminis campo positi sumus, quem  
 nemo feliciter exire poterit, nisi qui legitime certauerit.  
 Viriliter ergo certare, & per rigorosam  
 austeritatem, carnisque mortificationem omnem  
 voluptatem pessundare ac conculcare, per sobrietatem  
 omnem superfluitatem, & per humilitatem omnem  
 superbiam vincere, & in omnibus pure Dei gloriam  
 quærere ac intendere nos oportet. Enimvero si sic  
 certauerimus, corda nostra Dei virtute corroborabuntur,  
 & ipse nos interim expectans, quandoque sua gloria coronabit.  
 ¶ Quantum igitur possumus, in bonis actibus cum magna  
 alacritate multa que diligentia iugiter intenti esse conemur,  
 quatenus a Deo agi mereamur, & nequaquam in vinea  
 dñi Sabaoth ociosi inueniamur. Ipse nanque Dei  
 filius haudquaquam ociosus aliquando fuit, sed  
 semper quærens gloriam cœlestis patris sui, eiusdem  
 opera faciebat. Siquidem mens eius diuina essentia  
 semper vnita existens, permanebat in continua sanctaque  
 fruitione, plenaque gaudio manens, simpliciter, clara ac  
 supersplendente diuinitate quiescebat. Anima eius conti-

nue



LIBER III.

nue deitati subdita erat, & erecta cum arden-  
 tissimo amore ac desiderio in laudando ac gra-  
 tias referendo. Corpus denique suum in orando,  
 ieiunando, vigilando, prædicando, docendo,  
 consolando, laborando, obsequendo & cuilibet  
 opem ferendo ac obtemperando iugiter exerce-  
 bat, ille videlicet, qui & filius erat altissimi, &  
 omnis autor creaturæ. Si itaque tantum ipse pro  
 nostra salute laborem ac diligentiam impende-  
 re voluit, quanto magis nos modici vermiculi  
 Deo perpetuo adhærere, & cum interno animo  
 spirituque subleuato in fructuosa fruitione ac  
 simplici quiete orare, & animas nostras diuinæ  
 maiestati inclinare, continueque erecti esse cum  
 amore ac desiderio in laudando gratesque refe-  
 rendo, & corpus per orationes, vigilias, ieiunia  
 ac labores, quantum libertas spiritus requirit, ex-  
 ercere, & omnibus in anima & corpore obsequi-  
 osos nos exhibere, atque sub Deo omnique crea-  
 tura nos inclinare, ac iugiter pauperes esse spi-  
 ritu debemus. Nimirum qui nihil ex nobisipsis  
 habemus aut possumus, & nihilo minus om-  
 nia in eo, qui nos confortat, præualemus. Bo-  
 na enim quæ Deo nobis cooperante agimus, no-  
 stra nequaquam sunt, sacro Evangelio attestan-  
 te, in quo ipse dominus ait: Pater in me manens,  
 ipse facit opera. Et: Sine me nihil potestis facere.  
 Omne itaque bonum Deo omnipotenti ascribē-  
 dum est, qui simul nobiscum illud, non tamen sine  
 nostra cooperatione agit & operatur. Tota igitur  
 viuacitate memoriæ, intellectus subtilitate,  
 voluntatis promptitudine, tota diligentia ac  
 sedulitate omnium virium animæ & corporis  
 LL ij nostri



MARGARITAE EVANG.

nostri Deo nos applicare eiusque cooperatores ei  
 se debemus, ut sic idonei efficiamur, cum quibus  
 ipse operetur. Nihil enim suo ipsius opere Deo ac-  
 ceptius est, nec quicquam ille nisi suum opus, quod  
 per hominem operari dignatus est, remunerabit.  
 Etenim sanctus propheta ait: Omnia opera no-  
 stra operatus es nobis. ¶ Denique ob hoc ut eo  
 peruenire possimus, omnes religiosi ordines insti-  
 tuti sunt: & in hunc finem omnia dona gratiarum  
 que charismata conferuntur, quatenus homo vi-  
 uum Dei sui instrumentum existat, sibi ipsi anni-  
 hiletur, naturae propriae moriatur, & solus in  
 ipso uiuat omnipotens Deus. Etenim ex asperita-  
 te & mortificatione naturae, vita & dulcedo spi-  
 ritus oritur: atque ex freno & coertione regulae ac  
 disciplinae, amorosa spiritus libertas procedit.  
 Ideoque iam non ut serui sub lege, sed tanquam  
 liberi sub gratia constituti esse conemur. Vbi e-  
 nim spiritus domini, ibi tanta est in anima liber-  
 tas, ut praecipua superiorum suorum ordinisque  
 statuta non solum non violet, sed etiam per vir-  
 tutem spiritus transcendat, & impleat omnem  
 legem & omne mandatum ex vero amore, quod  
 alius facit ex timore vel coactione. Hoc namque  
 vere est opus diuini spiritus, quod videlicet in-  
 cessanter docet spiritum nostrum, quomodo ui-  
 uis esse cum Deo spiritus, eique iugiter cum a-  
 morosa quadam libertate abintus adherere, ex-  
 terius autem crucifixam domini nostri Iesu Chri-  
 sti imaginem sequi debeat & imitari: per quod  
 nimirum omnes religiosae constitutiones confir-  
 mantur, & in suo vigore persistunt. ¶ Sed quia  
 proli dolor usque adeo nunc interiorum nostro-  
 rum obliuiscimur, atque ad externa foris con-  
 moda



## LIBER III.

moda anhelamus, exterioresque modos & consuetudines utcumque obseruasse contenti sumus; ac exteriori sanctitati nimis innitimur, ideo fit, ut tantum omnis fere religio deficiat atque tepescat. Quamobrem iuxta consilium domini saluatoris, quaeramus primum regnum Dei & iustitiam eius, & omnia nobis adiicietur. Projiciamus in Deum omnem cogitatum nostrum, & tunc intus illuminabimur perlustrabimurque, a diuina veritate amplexabimur & Dei virtute protegemur, ita ut nemo deinceps profectum nostrum impedire possit. Sic nanque in vnitatis spiritus & vinculo pacis ac dilectionis religiosi congregati esse deberent: & tunc vita religiosa merito paradysus appellari posset. Deus enim in medio eorum consistit, & ipsi sunt tanquam fortis & armatus exercitus aduersus omnem potestatem inimici, intercessores pro mundo vniuerso effecti: qui nimirum oratione communi caelos penetrant. ¶ Et sane quilibet religiosus merito esse deberet ciuis caeli, angelorum socius, thronus altissimi, in quo eum sedere delectaret, regnum quod regere desideraret, tabernaculum in quo habitare concupisceret, & instrumētum, in quo & per quod spiritualiter operari affectaret, quomodo per sanctissimam humanitatem suam operatus est. Certe si attenderemus ad quod conditi sumus, et quod facile peruenire ad hoc possemus, amor utique nos temporalia cuncta despicere, & ad aeterna faceret anhelare: & timor etiam nos horrere faceret, quoties ad terrena nos oblectamenta conuerteremus. Et tunc utique vere beata pace & ineffabili mentis tranquillitate fruere-mur. Quod nobis praestare dignetur pater,

L L iij      filius



## MARGARITAE EVANG.

filius & spiritus sanctus per pacem illam quam in cruce fecit dominus noster Iesus Christus: per que intercessionem & merita benedictæ matris eius, et omnium amicorum eius in cœlo & interra cum ipso in vno spiritu viuentium.

### Conclusio libri huius. Cap. LXXIII.

**O**Mniptens ac supergloriosissimus Deus, sine cuius gratia nil possumus, præter omnibus hoc desiderantibus, vt ex his iam dictis meliores efficiantur, & vita curent exprimere, quod didicerunt sermone, nec propria voluntati & intellectui, vel etiã literæ nudæ ab extra inhæreant, sed magis ad spiritum qui literam viuificat, ac fluentia doctrinæ suæ in nos effundit, sese introuertant. Ad quem nimirum cum abintra nos conuerterimus, plurium librorum perscrutatione opus non erit nec indigebimus. Reuera enim multiplicitas distrahit, & in omnium spiritualium hominum scriptis iuste factis reprehenditur atque notatur. Raro nanque ad simplicem æternæ veritatis lucem pertingere queunt, qui semper proprijs adinventionibus inhærent. Breuiter ergo, omnis exercitiorum multiplicitas, & quicquid de Deo ac internis exercitijs scribi potest, totum in vno obrinetur & in vno concluditur: in nuditate videlicet siue paupertate interna, in abstractione ab omnibus rebus, solius Dei in nudo animæ fundo amoroso amplexu, & in eo quod nos ipsos totos cum spiritu, anima, corpore, corde ac sensibus inamabili humanitate ipsius abscondimus, eique per omnia conformamus. Quisquis enim ista facti, prædicta omnia exercitia complet, & a Deo confor-



LIBER III.

confortatur. Qui vicerit, ait dominus, possidebit hæc, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Quod nobis cōcedat in secula Deus benedictus, Amen.

**P**ræfata exercitia atque materia ex spiritu sancto & propria experientia a quodam il luminato Dei amico, tradita sunt atque conscripta. Qui hæc eadem multis annis exercitauerat, & per Dei gratiam, opem, auxiliumque mirabiliter in omni virtute profecerat, prout quotidiana eius conuersatio, dum adhuc viueret, vixit autem adhuc breui, satis probabant, ex quibus liquido apparebat hominem eum secundum cor Dei fuisse, & spiritui diuino actum atque directum. Qui nihilo minus vt sermonem illum dominicum adimpleret, vbi ait: Luceat lux vestra corā hominibus, noluit exercitia ista sub modio ponere, sed super cādelabrum: & ex amoris impulsu ad vtilitatem proximorum, quā vehementissime studebat, ista manifestauit, illis nimirum consulere cupiens qui Deo adherere, & vnus cum ipso spiritus in nudo animæ fundo, iuxta proximam veritatem, effici desiderant: quatenus hinc instrui & informari possint, qualiter recto ad Deum suum itinere ambulare debeant, quod potissimum consistit in amando, resignando & patiendo, prout liber iste manifestius docet. Et quia hæc non ex præsumptione vel proprio captu, sed, vt dictum est, ex amoris impulsu ab eo scripta sunt, studiosus lector ad apicem imitationem non venenum, sed mel colligere studeat: qui nihilo minus, si quod forte quod sibi displiceat, occurrerit, simplicitati & inscitix eorum, qui hæc transscripsere imputet.

LL iij. Enim-



MARGARITAE EVANG.

Enimvero prælatorum atque doctorum, quibus  
omnipotens Deus ecclesiam suam regen-  
dam commisit, ista omnia correctioni  
subiacebunt; sub quorum etiam o-  
bedientia vivere simul ac  
mori statuimus & de-  
sideramus.

Margaritæ Evangelicæ Libri  
tertij Finis.